De Iuſtitia. Rub.XXIX.

IVſtitia:in deo æqualiter conſiſtit inter diuinas rationes.¶Deus non eſſet iuſtus magnitudine bonitatis:ſi de ſua poteſtate ocioſus eſſet.¶Adeo iuſtus eſt deus per poſſificare:ſicut per amare. ¶Deus magis iuſtus non eſt per vindicare:q̄ per miſereri.¶Iudicium ſine intelligere:eſt periculoſum. ¶Nullus iuſtus eſt: abſq̧ iuſto amare.¶Quia deus iuſtus eſt in veritate: non poteſt eſſe iuſtus in falſitate. ¶In nomine iudicis qui malus eſt:multum inhonoratur iuſtitia.¶Nulla iuſtitia: eſt vera abſq̧ bonitate. ¶In deo filius eſt iuſtus patri:inq̄tū non vult eſſe pater. ¶Iuſtus ē pater filio:inq̄tum ipſum æquat ſecū in ſancto ſpiritu. ¶Per æquale amare & intelligere:eſt quelibet parſona iuſta alii.¶Diuina voluntas iuſta non eſſet:ſi plus ſuum actum di

ligeret q̃ æternitatis.¶In eodem tempore:nemo poteſt eſſe iuſtus & iniurioſus.¶Timorem non habet:qui ſeipſum iudicat ¶Qui eſt contra iuſtitiam:eſt contra omnia.¶Plus valet:ſeipſum q̃ alium iudicare.¶Iuſtitia dei:maior & melior eſt ĩ ipſo q̃ in alio.¶Propter defectum charitatis:rex eſt iudex.¶Deus ſua iuſtitia:omnia opera hominum menſurat.

De largitate Rub.XXIX.

QVia deus eſt largitas:ꝑ ipſam remotꝰ eſt ab auaritia ¶Sine infinito & æterno dono:infinita largitas eſſe non poteſt.¶Qui infinitam habet largitatem:tantũ de vna ratione dare poteſt q̃tũ de alia.¶Donũ:ex bonitate abſq̧ bonificare dari non poteſt.¶Largus non eſt:qui dat vt accipiat.¶Largus non eſt:qui ab vno aufert vt det alii.¶Qui dat bonum amare ſuo amico:plus dat ei q̃ ſi daret ei omne aurum quod eſt in mundo.¶Qui dat deum:plus dare non põt.¶Nemo ita auaritiæ eſt contrarius:ſicut ille qui ſeipſum dat.¶Melius eſt dare ſcientiam:q̃ honorẽ.¶Nõ viuit:qui nõ dat.¶Qui bono dat:nõ pœniteat.¶Abſq̧ iuſtitia:bonum dari non poteſt.¶Melius eſt dare memoriæ bonum recolere:q̃ ori bonum comedere.¶Multum dat:qui dat manibus bona opera & pedibus bonas vias.¶Qui dat charitatem:ſibi ipſi dat.¶Illud donum eſt magnum:quod eſt de largitate.¶Qui largus eſt:virtutum indigentiam non habet.¶Quia deus eſt largitas:ita magna poteſt eſſe in homine paupere ſicut in diuite.¶Largitas magis neceſſaria eſt in homine diuite:q̃ in paupere.

De formatore Rub.xxx.

QVia deus eſt infinita poteſtas:eſt ĩfinita forma.¶Forma quæ indiget materia:non poteſt eſſe infinita ĩ poteſtate.¶Qui eſt de forma & nõ de alio:oportet q̧ ſit forma.¶Bonitas abſq̧ bonificare:non poſſet eſſe forma.¶Diſpoſitio formæ:materiæ eſt pulchritudo.¶Quia deus eſt forma & non materia:eſt maior poteſtas & virtus per formam q̃ per materiam.¶Nulla forma:ſuum actum habet extra ſe.

8 ¶Illa non eſt magna forma: quæ eſt melior per materiã q̃ per
9 ſeipſam. ¶Abſq; diſtinctione intelligentis & intellecti: intel
10 lectus ſuũ intelligere informare non poſſet. ¶Concordare/nõ
11 poſſet eſſe forma: abſq; diſtinctione concordantis & concorda
12 bilis. ¶Abſq; principio & medio: nõ poteſt eſſe forma in fine.
13 ¶Deus: ſuo fine/mundũ informauit. ¶Naturaliter: nulla for
14 ma eſt contra ſe ipſam. ¶Nulla forma: appetit ocioſitatem.
15 ¶Quia deus eſt forma & finis: habet materia in fine formæ
16 quietem. ¶In fine propriæ formæ: habet finis appropriatę for
17 mę quietem. ¶Omnis forma quæ non informat: difformat.
18 ¶Omnis ſubſtantia: prius principiata eſt per formã q̃ per ma
19 teriam. ¶Nulla ſimplex forma: ſentiri poteſt. ¶Deus mundũ
20 informauit: ſed homo ipſum difformat.

De productione. Rub. XXXII.

1 QVi de bonitate bonũ nõ producit: nõ eſt bonus pro
2 ductor. ¶Bona & magna productio: eſt conſequẽtia
3 magnę bonitatis. ¶Abſq; producere: nulla poten
4 tia ſuũ actum habere poſſet. ¶Diuinę rationes in producen
do diuinas perſonas: ſibi inuicem ſuas dant ſimilitudines.
5 ¶Oportet q̃ infinita productio ſit de infinitate: & æterna de
6 æternitate. ¶Productio quæ finẽ nõ attingit: nõ eſt magna.
7 ¶Ille eſt paruus: q de magnitudine paruũ producit. ¶Opor
8 tet ipſum eſſe magnũ: qui magnũ producit. ¶Omnis pro
9 ductio quæ ſuũ finẽ nõ attingit: eſt parua. ¶Abſq; cremento:
10 non eſt productio in creaturis. ¶Omnis forma producta de
11 potentia in actũ: eſt noua. ¶Amare in deo inq̃tũ eſt productũ
eſt perſona: & inq̃tum nõ eſt productũ eſt eſſentia/amor & na
12 tura. ¶Pater inq̃tum ſe patrem intelligit/filiũ producit: ſed
filius inquantũ ſe filiũ intelligit/filium nõ producit/neq; per
13 ſonam. ¶Si filius intelligendo ſe filiũ produceret filium: eſſet
14 filius filii & non patris. ¶Si pater intelligendo ſe patrem ſpi
15 ritũ ſanctũ produceret: ſpiritus ſanctus eſſet filius. ¶Si filius
intelligendo ſe patrẽ produceret ſanctũ ſpiritũ: eſſet pater ſpi
16 ritus ſancti. ¶Quoniã pater & filius ſeinuicem per amorem

contemplantur & non per paternitatem neq; per filiationem
ſanctũ ſpiritum producunt: quoniam non eſt pater neq; filiꝰ 18
¶Sanctꝰ ſpiritus inq̃tũ ſe intelligit ex patre & filio: ſe neq; pa-
trem/neq; filium intelligere pōt. ¶Diuina productio incipit 19
a patre in filium: & in ſancto ſpiritu finitur. ¶Multo melius 20
eſt productio in poteſtate & de poteſtate æterna & infinita: q̃
in poteſtate & de poteſtate creata & finita.

De pulchritudine. Rub. XXXIII.

SI in æternitate eſſet turpe æternare: pulchra eſſet 1
ocioſitas in ipſa. ¶Pulchritudo bonitatis cõſiſtit per 2
bonificare: & amoris per amare. ¶Nulla ocioſitas: 3
pulchra. ¶In nullo flore eſt color tantũ pulcher: q̃tũ in amo- 4
re amare/& in ſapientia intelligere. ¶Fidelitas: eſt valde pul- 5
chra inter amicum & amatum. ¶In odio populi: dominꝰ tur 6
pis conſiſtit. ¶Ille eſt pulcher: qui pulchras habet cogitatio- 7
nes. ¶Nulla pulchritudo eſt maior: q̃ illa quæ eſt de ſanctita- 8
te. ¶Nulla virtus turpis: nec vllum vitium pulchrum. ¶Dẽ 9
tes albi in ore nõ ſunt ita pulchri: ſicut veritas. ¶Nullꝰ adeo 10
pulchrum habet filiũ/ſicut deus pater: nec aliquis adeo pul- 11
chram habet matrẽ: ſicut deus filius. ¶Anima bona: pulchri- 12
or eſt q̃ ſol. ¶Nulla corona pulchra: in malo rege. ¶Nulla ve 13
ſtis turpis: in bono homine. ¶Omnis pulchritudo: melior eſt 14
intrinſecus q̃ extrinſecus. ¶Nullum turpe: ad nominandum 15
eſt pulchrum. ¶Odire & pulchritudo: ſunt contraria. ¶Pul- 16
chram faciem: hilaritas facit. ¶Pulchra camera: propter indi 17
gentiam eſt turpis. ¶Non eſt aliquid ita turpe: ſicut peccatũ. 18

DE IHESV CHRISTO. Rub. XXXIIII. 19

NVllum nomẽ ita magnum habet ſubiectum: ſicut 20
nomẽ domini IHESV CHRISTI. ¶Opatio dei me 1
lior eſt in domino IHESV CHRISTO: q̃ in omnibꝰ 2
creaturis. ¶Homo non poſſet eſſe deus: ſi non eſſet finis oĩm 3
creaturarum. ¶Nullum nomen maiorem habet virtutem: 4
q̃ nomen domini IHESV CHRISTI. ¶Deus voluit eſſe ho- 5
mo: vt cum omnibus creaturis participaret. ¶Nulla creatu- 6

7 ra tantum valet in ſeipſa:q̃tũ in IHESV CHRISTO. ¶Cõ-
tra dominum noſtrum IHESVM CHRISTVM: nõ decet
8 vt ſit aliquis honor. ¶Ille magnã habet poteſtatem:qui domi
num IHESVM CHRISTVM facit eſſe in pluribus locis.
9 ¶Adeo pulcher eſt dominus IHESVS CHRISTVS:ꝙ in lo
10 co turpi ſtare non poteſt. ¶In tantũ domin⁹ IHESVS Chri
ſtus eſt humilis:ꝙ vadit viſitare infirmos in domibus ſuis.
11 ¶Deus maiorẽ bonitatẽ creare nõ potuit:q̃ bonitatem IHE
12 SV CHRISTI. ¶Nemo ad deũ ire poteſt:ſine domino IHE
13 SV CHRISTO. ¶Ille maximam facit ĩiuriã : qui IHESVM
14 CHRISTVM ĩhonorat. ¶Valde obligat⁹ eſt:q p IHESVM
15 Chriſtũ eſt honorat⁹. ¶Qui IHESVM CHRISTVM non
16 honorat:quare ridet? ¶Qui ĩhonorat Iheſũ Chriſtũ:quare nõ
17 flet? ¶Qui p Iheſũ Chriſtũ iurat:quare peierat? ¶Qui de Ihe-
18 ſu Chriſto dicit malũ:de quo dicit bonũ? ¶Qui Iheſu Chriſtũ
19 nõ diligit:qd diligit? ¶Qui ſe dat domino IHESV CHRI-
20 STO qd timeat a quo incarceretur?

De creatione Rub. XXXV.

1 SI mundus creat⁹ non eſſet ſed eſſet æternus: in ęter
2 nitate ſua deus eſſet inhonorat⁹. ¶Si mũdus crea-
tus eſſet ad ſuum finem:creat⁹ eſſet ad minorem fi-
3 nem. ¶Si deus extraneã æternitatem pducere poſ-
4 ſet:pducere poſſet infinitã poſſificatiuitatem. ¶Nulla pote-
5 ſtas:maior in æternare eſſe poteſt/q̃ in poſſificare. ¶Mundus
de nihilo creatus eſt:vt poteſtas dei poſſit de hoc quod nõ eſt
6 ¶Mundus principaliter creatus eſt:vt deus recolatur/intel
7 ligatur/& ametur. ¶Magnam iniuriam deo facit:qui mun-
8 dum abducit a fine propter quẽ eſt creatus. ¶Totus mund⁹
creatus eſt & proportionatus domino IHESV CHRISTO
9 ¶Id ꝓpter quod mundus ante creatus non fuit:eſt quia di-
10 uina volũtas ipſũ creare noluit. ¶Id propter quod mund⁹ ma
ior creatus non fuit:eſt qa diuina ſapientia determinatã crea
11 bilitatẽ ſciebat. ¶Id ꝓpter qd non ſunt plura ſęcula creata:eſt

quia vnum ſæculum ſufficit vni homini/ & ille homo vt ſit
vnus deus.¶In creatione:eſt creatura de nihilo & creator de 12
ſeipſo.¶Omnes creaturas corporales creauit deꝰ ꝑpter homi 13
nes:& homines ꝑpter ſe creauit.¶Soli deo:competit creare. 14
¶Quælibet diuina perſona in q̄tum deus eſt:creator eſt.¶Si 15
deus mundum per naturam creauiſſet:mundus naturam di 16
uinam haberet.¶In creatione mūdi:quælibet diuinarum ra- 17
tionum ſuam poſuit ſimilitudinem.¶Qui eſt in peccato:non 18
habet ius in aliqua creatura.¶Nullus iniuriam creaturæ fa- 19
cere poteſt:ſi in ipſa ſeruit deo. ¶Quia deus creauit mun- 20
dum bonitate/magnitudine/poteſtate/ſapientia & volūtate:
creauit ipſum ad magnum finem.

De recreatione XXXVI.

EſT deꝰ creator & recreator:vt duabꝰ rationibꝰ ſit do 1
minus.¶Si originale peccatum non eſſet:homo non 2
eſſet mortalis.¶Quia primi parentes peccauerunt: 3
viuunt eorum ſequaces in tormento. ¶Quia homo naſcit̄ 4
in peccato:indiget pluribꝰ rebus q̄ beſtia.¶Si homo in pecca- 5
to natus non eſſet:non haberet quo malus eſſet. ¶Quia 6
homo naſcitur in peccato:habet libertatē ad faciendū malū.
¶Propter originale peccatum:anima quæ creata eſt ad intelli 7
gendum/ignorat.¶Quia deꝰ eſt vita:creauit homines ad vi 8
uendum & non ad moriendū. ¶Nulla mors:eſt de vita.¶Ge 9
neralis mors:principiari non potuit in ſpeciali homine.¶Sine 10
generali morte:homo generalis puniri non potuit. ¶Per finē 11
eſt IHESVS CHRISTVS generalis homo:qui mundum re
creauit. ¶Primus homo peccauit in delectatione:& IHE- 12
SVS CHRISVS mundum recreauit in paſſione. ¶Deus 13
per hominem mundum perdidit:& homo mundum deo red 14
didit. ¶Deus mundū ꝑ hominem creauit:& mūdum ꝑpter 15
hominē recuperauit.¶Deus benedictus naturam hominis ſū 16
pſit:vt hominem repararet. ¶Niſi vnus ſpecialis homo eſ- 17
ſet deus:tantū reparare nō poſſet q̄tū generalis homo deſtru 18
ere potuit. ¶Facile erat creare:& difficile recreare.¶Nihil 19

20 grauius: q̄ de malo trahere bonum. ¶Ex quo deus p̄ paſſionē fuit recreator: quomodo aliquis homo eſt peccator?

De reſurrectione. Rub. XXXVII.

1 Quia homo peccauit contra æternitatem: oportet eũ
2 reſurgere & ĩ æuiternitate ipſũ iudicari. ¶Si homo
qui bonum facit non reſurgeret: nõ totum ſed pars
3 iudicaretur. ¶Iuſtitia dei in hac vita: nõ oĩbus hominibus
4 ſatiſfacit. ¶Homo agit: & homo iudicium requirit. ¶Deus
5 poteſt plus ĩ homine iudicare: q̄ in parte hominis. ¶Si homo
6 non reſurgeret: corpus hominis ſuum finem in deo non habe
7 ret. ¶Sine reſurrectione: nõ poſſet deus moralib⁹ virtutib⁹ ſa
8 tiſfacere. ¶Abſq; reſurrectiõe: nulla ſubſtantia corporalis ſuũ
9 finem in deo habere poſſet. ¶Cum reſurrectione: quælibet di
10 uina ratio eſt ges ſuę ſimilitudinis. ¶Reſurrectio: eſt ſpecu
11 lum magnæ poteſtatis dei. ¶Abſq; reſurrectione: ſpes eſſet p̄
12 dita. ¶Propter reſurrectionē: ſubſtantiæ corporales bonum
13 habent appetitum. ¶Abſq; reſurrectione: IHESVS CHRI-
STVS cum hominibus non participaret. ¶Propter reſurre-
14 ctionē: pauperes homines hilares fiũt. ¶Propter reſurrectionē
15 homines peccatum fugiunt. ¶Illi qui peccatum faciunt: bo-
16 nis hominibus reſurrectionem retardant. ¶Per reſurrectionē
17 determinabũtur generatio & corruptio. ¶Per reſurrectionē:
18 numer⁹ hominũ finietur. ¶Abſq; reſurrectione: læta vita ma
19 gis eſſet diligibilis q̄ alia. ¶Abſq; reſurrectiõe: homo ſaluatio
20 nem non haberet.

De Saluatione. Rub. XXXVIII.

1 Deus hominem ſaluat: vt homo finem attingat. ¶Si
2 non eſſet ſaluatio: finis hominis eſſet in hac vita. ¶Si
3 deus ſaluator non eſſet: attingeret homo ſuum finē
4 per ſua merita. ¶Quia deus eſt hominum finis: ſaluat ipſos ĩ
5 ſeipſo. ¶In diuinis rationibus: principia bonorum hominum
6 ſaluantur. ¶In bonitate dei: ſaluatur bonitas hominis. ¶Sal-
7 uatio hominis: eſt ęuiterna quies. ¶Qui non eſt ſaluat⁹: opor
8 tet ꝙ ſit dãnatus. ¶Plus valet ſaluatio: q̄ omnes res. ¶Adeo

deſiderabilis eſt ſaluatio:ꝙ peccatores ipſam ſe habituros credunt. ¶Priuatio ſaluationis: eſt vacuitas omnis pfectiõis. ¶Saluatio: eſt finis ditionis. ¶Qui perdit ſaluationem: oĩa mala acquirit. ¶Tota iſta vita: ſaluationem vni⁹ hominis nõ valet. ¶Saluatio emi non poteſt: ſed poteſt vendi. ¶Ille ſaluationem vendit: qui peccatum facit. ¶Maior eſt ſaluatio: q̃ meritum. ¶Saluatio: eſt æuiterna bonorum hominum aggregatio. ¶Quia ſaluatio cẽtrũ eſt pfectiõis: delectabilis eſt ac deſideranda. ¶Qui ſaluationem deſiderat: omnia bona deſiderat.

De participatione XXXIX.

PEr creationem: deus cum omnibus creaturis ĩ agendo participat. ¶Deus per incarnationẽ: cũ oĩb⁹ creaturis in exiſtendo participat. ¶In humanitate quam deus aſſumpſit: aliqd eſt de oĩb⁹ creaturis ¶Diuina bonitas & creata bonitas: pticipant in ſimilitudine. ¶Diuina volũtas & hũana: ĩ amare pticipãt. ¶Per finẽ: de⁹ & creatura pticipant. ¶Abſq; incarnatione: de⁹ cũ creatura ĩ exiſtẽdo nõ participaret/ſed ĩ agẽdo. ¶Maior participatio eſt per exiſtere & agere: q̃ per alterutrũ tantũmõ. ¶Incarnatio: eſt finis omnis participationis creatę. ¶Plus participat deus in incarnatione cum vno homine CHRISTO: q̃ cum omnibus creaturis. ¶Deus plus diligit maiorem participationẽ boni: q̃ minorem. ¶De⁹ plus diligit participationem vnius poteſtatis & alterius ĩ magnitudine: q̃ in paruitate. ¶Deus ſacramentum altaris ordinauit: vt in hac vita cum pluribus hominibus participaret. ¶Cũ deo omnes illi participant: qui eius vtuntur poteſtate. ¶Deus ſuam dat poteſtatẽ poteſtati hominis: vt magna ſit poteſtatis & poteſtatis participatio. ¶Deus ĩ contritione/cõfeſſione/& ſatiſfactione: cum peccatore participat. ¶Deus per fidem/ſpem/& charitatem cũ hominibus participat. ¶Maxĩa participatio quæ eſſe poteſt: eſt participtio dei/& dei in vnitate eſſentiæ & naturæ. ¶Per productionem generationis &

ſpirationis:quælibet diuina ratio cum alia participat. ¶ Omnes actus diuinarum rationum inuicem participant.

De ædificatione
Rubrica.XL.

DEus pater:ſuum filium in infinitatē & æternitate ędificauit. ¶ Deus pater & deus filius:deū ſanctum ſpiritū in ſeipſis ædificāt. ¶ Illa eſt maxīa & nobiliſſima ædificatio:quæ eſt de deo in deo. ¶ Diuinæ perſonæ:ędificant actus diuinarum rationum. ¶ Deificans:ædificat deificabile per exiſtere. ¶ Deificare:ędificatū eſt per finem. ¶ Deus ædificauit hominem in ſeipſo:per deificare. ¶ Deus ędificauit finē ſubſtantiarum corporalium:in natura corporis quod per incarnationem aſſumpſit. ¶ Deus quaſdam ſimilitudīes:ī aliis ędificauit. ¶ Illa ſimilitudo quę deo multum eſt ſimilis:magnum habet ędificium. ¶ In parua bonitate:magnum ædificium eſſe non poteſt. ¶ Aedificium quod eſt ex eſſentia ędificantis & ędificabilis:eſt incorruptibile. ¶ Multum ſcit de ędificatione:qui bonum amare in deo ędificat. ¶ Vię dei:ędificatę ſunt in IHESV CHRISTO. ¶ Virtutes morales:ſunt palatia in quibus deus eſt. ¶ In ſpe/patientia/& humilitate:peccatores miſericordiam dei ædificant. ¶ Omne bonum meritum:in virtute eſt ædificatum. ¶ Aedificium quod non eſt per deum:eſt in arena. ¶ Omnia ædificia terrena:non valent vnum bonum ędificiū ſpirituale. ¶ Graue eſt ædificare infernum:per ſuum exiſtere.

De ſuſtentatione. Rub.XLI

QVia deus eſt ſubſtantia:omne quod eſt/in ipſo eſt ſuſtentatum. Quia deus pater ex ſua ſubſtantia deum filium producit:eſt filius in ſeipſo ſuſtētatꝰ. ¶ Quia deus filius in ſeipſo eſt ſuſtentatꝰ:eſt ſubſtantia. ¶ Amare patris & filii eſt ſubſtantia:tñ in ſancto ſpiritu. ¶ Spiritus ſanctꝰ ſuſtētatꝰ eſt per amare. ¶ In bonitate dei:ſunt oēs bonitates ſuſtētatę. ¶ In fine dei:ſuſtentant̄ oēs fines. ¶ In virtute quæ ē

intra:ſuſtentatur virtus quæ eſt extra.¶Scientia: ſuſtẽtatur 9
in memoria.¶Species nouę:in veteribus ſuſtentantur.¶Me- 10
rita hominũ:in iuſtitia dei ſuſtentantur. ¶Honor regis: per 11
iuſtitiã ſuſtẽtatur. ¶In fine IHESV CHRISTI:ſuſtẽtatur 12
diſpoſitio & ꝓportio creaturarũ. ¶Numerus hominũ q̃ ſunt 13
mortui: ſuſtẽtatur in ſapientia dei. ¶In amãte & amabili:eſt 14
ſuſtentatũ amare.¶Nulla ſuperbia:ſubſtãtiã habet in qua ſit 15
ſuſtentata.¶In opibus maiorũ hominũ:eſt peccatũ ſuſtẽtatũ. 16
¶Nimius honor:columnas lapideas nõ habet. ¶Columnæ 17
fidelitatis:ſunt marmoreæ. ¶Vnus actus virtutis:ſuſtenta- &c
tus eſt in alio. 20

De exauditione. Rub.XLII. 1

PEr hominem deũ:exaudit deus peccatores. ¶Quia 2
deus cum homine per exiſtere participat; homines 3
exaudit per agere.¶Deus:neminẽ exaudit cũ ſuper 4
bia.¶Deus:plus exaudit propter bonũ generale q̃ propter ſpe 5
ciale.¶Quia deus eſt virtus:nõ exaudit hoĩes ſine virtutibꝰ. 6
¶Quomodo deus illũ exaudiet: qui ipſum non diligit?¶Nul 7
lus exauditur:ſi per deũ non deprecatur. ¶Quomodo deus 8
exaudiet:de bonitate cũ malitia?¶De quo deus exaudiet illũ: 6
qui vult ipſum decipere? ¶Fatuus eſt:qui credit cũ peccato 10
exaudiri.¶Deus exaudit cũ largitate in dãdo:& cũ miſericor 11
dia in remittẽdo.¶Deus cũ iuſtitia: bonos homines exaudit. 12
¶Deus exaudit vnũ bonũ:per aliud.¶In pietate:cõſiſtit exau 13
ditio peccatoris.¶Deus:homini iuſto ſe nõ excuſat. ¶Nemo 14
qui deũ exorat:fatigatur. ¶Ille qui largitas eſt miſericordia 15
& iuſtitia: excuſari non poteſt de miſericordia & donatione. 16
¶Deus:tantũ habet excuſationẽ cõtra peccatũ. ¶Deus nõ 17
exaudit:niſi de hoc quod eſt propter ſuũ finem. ¶Deus con 18
tra ſuũ honorem:non exaudit. 19

De ordinatione. Rub.XLIII. 20

IN deo nõ poſſet eẽ ordo:abſq; pluralitate. ¶In vno 1
in quo nõ ſit pluralitas:nõ põt eẽ ordo.¶Licet nõ ſit 2
prius & poſteriꝰ in deo: ẽ ordo. ¶Quia filiꝰ & ſctũs 3
4

ſpiritus ſunt de infinitate & æternitate: non ſunt poſt patrem. ¶Per generare & ſpirare: ſunt actus diuinarum rationum in ordine. ¶Per ordinē: eſt deus remotus ab inordinatione. ¶Abſq; bonificante/bonificabili: & bonificare: bonitas in ordine eſſe non poſſet. ¶In ordine IHESV CHRISTI: eſt finis mūdi ordinatus. ¶Finis dei: eſt ante finē mundi. ¶Nullꝰ ordo: eſt de viciis. ¶Abſq; ordie īteriore: nō pōt eſſe ordo exterior. ¶Plꝰ valet ordo ī amare: q̄ ī loq. ¶Pulchrior eſt ordo per ſanctitatem: q̄ per habitū. ¶Nulla virtus: ſine ordine. ¶Plus valet ordo in oratiōe: q̄ in lectione. ¶Nullꝰ moralis ordo: eſt malus. ¶In hominibus humilibus: eſt ordo mēſe. ¶Nimius honor: non eſt in ordine. ¶Qualibet perſona cōmunis: plus requirit de ordine q̄ perſona particularis. ¶In ordine antecedentis: conſiſtit ordo conſequentis.

De viſitatione Rub. XLIIII.

DEus viſitat in bonitate bonos: & in potentia malos. ¶Ita ſequi debet humilitas ex patientia; ſicut bonū ex bonitate. Qui non erit humilis p patiētiā hūiliabit p iuſtitiā. ¶Humilis plus valet p libertatē: q̄ p coactionē. ¶Viſitat deꝰ in datiōe: vt ſibi detur. ¶Ille paup eſt: q de deo accipit & nihil tradit. ¶Viſitat deus in amore: vt ametur. ¶Quilibet homo deū odit: qui ipſū non diligit. ¶Deꝰ hoīes viſitat per tribulationes: vt fortem animū inducat. ¶Abſq; aduerſitatibus: nemo probatur. ¶Deus hoīes viſitat p infirmitatē: vt cum ſani fiant/ipſum benedicant. ¶Ille deum benedicit in ſua ſanitate: qui ipſum benedixit in ſua infirmitate. ¶Deus viſitat homines in iuſtitia: vt ipſum diligant. ¶Qui iuſtitiam diligit: timorem non habeat de peccato. ¶Deus viſitat cum ſpe: vt ſua cū miſericordia recolatur. ¶Inter ſpem & miſericordiam: nō eſt aliqua contrarietas. ¶Deus peccatores viſitat ī pietate: vt ſua plangāt peccata. ¶Qui in hoc mūdo ſuum plangit peccatum: in alio ridebit. ¶Deus viſitat homines in cōſcientia: vt ipſi vigilet. ¶Qui cū conſcientia dormit: cum conſcientia moritur.

De conſolatione. Rub.XLV.

DEus homines ſuam incarnationem recolere facit: vt conſolentur. ¶Nemo tantum perdere poteſt: quantum ipſi per incarnationem datū eſt. ¶Deus homines ſuā paſſionem recolere facit: vt conſolentur. ¶Nemo qui paſſionē dei recolit: poteſt eſſe deſperatus. ¶Deus cōſolatur homines in timore: vt ab ipſis timeatur. ¶Qui deum timet: ipſum totum diligit. ¶Deus homines cōſolatur ſua infinitate: vt res finitas nō nimis diligāt. ¶Ille neſcit bene amare: qui plus bonū finitū diligit q̄ bonū ſine fine. ¶Deus conſolatur homines æternitate ſua: vt labores huius vitæ non timeant. ¶Timorē nō habet: qui magnū bonū expectat. ¶Deus: conſolatur per dare & remittere. ¶Qui ſpem tranſmittit: donum ſperat & veniam. ¶Deus conſolatur homines virtutibus: vt per illas liberi exiſtant. ¶Qui conſolatus eſt ꝑ virtutē: cito ridet. ¶Deus homines conſolatur: cū ſeipſum illos intelligere facit. ¶Qui deum intelligit: cuius indiget? ¶Deus: homines conſolatur veritate. ¶Qui veritatem diligit: quid poteſt perdere? ¶Deus conſolatur: ſancta vita. qui autem ſanctus vixit: non moritur. ¶In patientia dei conſolati ſunt patientes homines: quis tamen conſolatus eſſe poteſt videns ꝙ deus ſit tantum inhonoratus?

De conſilio. Rub.XLVI.

DEus conſulit hominibus ꝙ bonum faciant: vt occaſionem habeat ipſis bonū faciēdi. ¶Qui conſilio dei nō credit: ſuggeſtioni diaboli credit. ¶Deus conſulit hominibus vt malū non faciāt: quia eis nō vult inferre violētiā. ¶Qui cōſultus eſt libertate: ſibi debet permittere violētiam inferri cū libertate. ¶Deus cōſulit amare: vt ipſe ſit amatus. ¶Omne conſilium qđ eſt contra deū: eſt malum. ¶Plus valet conſiliū hominis ſapientis: q̄ diuitis. ¶Qui humilis eſt & nobilis: bonū dat conſiliū. ¶Conſilium hominis auari: eſt valde dubitabile. ¶Conſiliū non quęras a guſtu infirmo: de ſapore. ¶Conſilium non quęras ab homine cęco: de colore. ¶Conſiliū

quęras:anteq̃ indigeas. ¶Cōſiliū abſq; deliberatione: eſt dubitabile. ¶Reſpice manus hominis:qui te conſulit. ¶Conſilium non quęras ante ab alio:q̃ a teipſo. ¶Nullum conſilium eſt tantum periculoſum: quātū cōſilium factum cum teipſo. ¶Nullus libertatem habet:ad conſulendum ſeipſum. ¶Multum dat:qui bonum conſilium dat. ¶Ille proditor eſt:qui malum dat conſilium. ¶Nullum conſilium eſt bonum:ſine charitate & ſpe.

De fortificatione. Rub.XLVII.

DEus ſua fortitudine: fortitudinem hominum fortificat. ¶Deus ſua bonitate: fortificat & confortat bonitatem hominū. ¶Deus per ſuum amare: confortat amare bonorum hominum. ¶Confortatio non tantum valet per timorē:quātum per amorem. ¶Qui ſuum amare vult confortare: ipſum ponat in ſpe. ¶Vna virtute: fortificatur alia. ¶Non oportet hominem patientem: confortare. ¶Qui plus diligit: plus ſcit de confortatione. ¶Qui plus habet q̃ perdit:nō opus eſt vt cōfortetur. ¶Cōfortatio animę infirmę: conſiſtit in contritione/confeſſione/& ſatiſfactione. ¶Homo fallax:confortationē non recipit. ¶Plus conſiſtit confortatio hominis peccatoris in ſuſpiriis & fletibus: q̃ in ieiuniis vel aſperis veſtibus. ¶Qui bene cōfortatur:bene fortificatur. ¶Qui perdit deū:confortationē nō habet. ¶Confortatio nō competit illi qui iniuriā facit:ſed competit illi qui ipſam patitur. ¶In inferno:non eſt aliqua cōfortatio. ¶Si cōfortationem non habes per timorem:conforta te amore. ¶In poteſtate dei te fortifica: & non eris deuictus. ¶Qui fidelis eſt:de quo deſolatur? ¶Quilibet labor quem homo patitur propter deum:confortat.

De defenſione. Rub.XLVIII.

SI deus non defenderet homines a diabolo: omnis homo peccaret. ¶CHRISTVS nos a morte:ſua morte defendit. ¶Diuinę rationes:noſtros actus ſuis actibus defendūt. ¶Oīs ſimilitudo appetitū habet:ad defen-

dendam ſuam ſimilitudinē. ❡Per maiorē bonitatē defendit homo minorē:a malo. ❡Fatuus eſt:qui ſe a vitiis defendere credit abſq; virtute. ❡Ab omni vitio te defende: ſuo contrario. ❡Qui ſe defendit per legalitatem: timorem non habet. ❡Melius homo ſe defendit veritate:q̃ iuramento. ❡Si te defendere non potes vna virtute: defende te pluribus. ❡Si te defendere non potes modica virtute:defende te magna. ❡Defenſio virtutis:eſt fortior q̃ defenſio enſis. ❡Ab homine patiēte:nemo ſe defendere poteſt. ❡Ab homine qui tibi incutit minas:te defende taciturnitate. ❡Nemo ſe defendit: falſa excuſatione. ❡Nemo ſe defendit:quādo iratus eſt. ❡In omni defenſione:eſt diſcretio neceſſaria. ❡Qui ſe defendit humilitate vincit pietate. ❡Per finē dei:defendit homo ſuū finem. ❡Melius homo ſe defendit oratione a tentatione:q̃ ieiunio.

De ſanatore. Rub. XLIX.

SIne amore:deus non ſanat homines a peccato. ❡Primus medicus qui animā infirmam ſanat: eſt deus. ❡Secūdus medicus qui animā infirmā ſanat:eſt cōſciētia. ❡Tertius medicus q dat ſanitatē:eſt cōtritio. ❡Quartus medicus q ſanitatē affert:eſt cōfeſſio. ❡Quintus medicus qui dat ſanitatē:eſt ſatiſfactio. ❡Medicus q ſanitatē cōſeruat: eſt oratio. ❡Qui ſanat actus:ſanat potētias. ❡Per bonū amare:ſanatur voluntas infirma. ❡Anima eſt fatua:quæ eſt infirma per corpus. ❡Nemo infirmus:alium bene ſanat. ❡Plus valet ſanare amore:q̃ timore. ❡Fatuus eſt qui in ſua infirmitate ſępius non conſiderat: q̃ in aliena. ❡Parua infirmitas: magno medico nō indiget/nec pluribus verbis. ❡Qui vult ſe ſanare a peccato: diligat deum pluſq̃ aliquid aliud. ❡Deus ſe amari non gaudet modico amore. ❡Nulla conſcientia:quietem habet in infirmitate. ❡Difficile eſt:antiquam infirmitatem ſanare. ❡Qui ſeipſum neſcit ſanare: male ſcit alium ſanare. ❡Ille bonitatem ſanitatis neſcit:qui infirmus non fuit.

De caſtigatore. Rub.L.

DEus ſuū amicum caſtigat amore: & inimicum ſuū timore. ❡Per exemplum: deus vnū hominem per alium caſtigat. ❡Deus homines recolere facit poenas infernales: vt ſe ipſos caſtigent. ❡Abſq; virtute: alium caſtigare non potes. ❡Si caſtigare non potes bona dando: caſtiga ea auferendo. ❡Homo obſtinatus: non eſt caſtigabilis. ❡Potius caſtiga vrbanitate: q̄ ruſticitate. ❡Non reprahendas alium: ſine ratione. ❡Cum ſis iratus: alium non caſtiga. ❡Plus valet caſtigari per ſuū amicū: q̄ per ſuū inimicū. ❡Pro magno commiſſo caſtigatio ſit magna: & pro paruo parua. ❡Caſtigatio plus valet ante comeſtionē: q̄ poſt. ❡Omnis homo qui caſtigat: amabilis eſt. ❡Qui caſtigat bonitate: non poeniteat. ❡Non caſtiga aliquem: ſine deliberatione. ❡Plus valet caſtigatio ſui: q̄ alterius. ❡Caſtiga: cum amore & timore. ❡Caſtiga: cum intelligentia & humilitate. ❡Os tuum caſtiga: ieiuniis. ❡Linguam tuam caſtiga: ſilentio.

De nutritore. Rub.LI.

DEus nutrit finem hominū: ad ſuū finem. ❡Memorabilitate dei: nutrias tuū recolere. ❡Intelligibilitate dei: nutrias tuum intelligere. ❡Amabilitate dei: nutrias tuū amare. ❡Virtutibus internis: nutrias virtutes externas. ❡Nutrimentum plus valet per amorem: q̄ per timorem. ❡Nutrimentum quod eſt in principio: eſt durabile. ❡Intellectus qui nutritus eſt cum humilitate: cito intelligit veritatem & concedit. ❡Ille diues eſt: qui bene nutritus eſt. ❡Plus valet nutrimenta aggregare: q̄ denarios. ❡Nutrias amicum tuum cum amore: & inimicum tuum cum timore. ❡Plus valet nutrire virtute ſuum amare: q̄ ſuum corpus comeſtione. ❡Os tuum nutrias: veritate & pulchris verbis. ❡Nutrias periculoſe: inimicū in tua domo. ❡Qui ſeipſum non nutrit: nec alium nutrit. ❡Nutrias verecundiam: in tuis oculis. ❡Nutrias cor tuum: ſpe. ❡Nutrias te in patien-

tia:vt habeas pacē.¶Nutrias te in abſtinentia:vt habeas deli 19
berationem ¶Mala nutrimēta:ſunt viæ plurium malorũ. 20

De directore Rub.LII.

DEus mundum bono fine direxit: & homo peccato 1
ipſum denormauit. ¶Deus mundum direxit ſua 2
incarnatione:& homo ipſum indirexit vituperando
eius aduentum. ¶Deus mundum ad ſuum honorem dire- 3
xit: & homo ipſum indirexit vituperando eius honorem. 4
¶Deus direxit intellectum ad virtutem:& homo ipſum fal-
ſitate deprauauit.¶Deus dirigit bonũ p recolere: ſed hō ipm 5
obducit obliuiſci. ¶Deus hominem dirigit ad veniam: ſed 6
homo deuiat per deſperationem. ¶Si bene tuam voluntatem 7
vis dirigere:plus deum dilige q̄ omnia. ¶Si ves tuum intel- 8
lectum dirigere:verum ante falſum in principio ſuppone. 9
¶Per bonum recolere: potes dirigere tuum amare & intel- 10
ligere. ¶Qui ſe dirigit ad bonam cogitationem:ſe declinat 11
de malo & peccato. ¶Melius ſe dirigit homo virtutibus: q̄ 12
denariis. ¶Tuum amare:dirige timore. ¶Non eſt di- 13
rectus:qui veritatem diſcredit.¶Dirige manꝰ tuas ad bonas 14
operationes:& pedes tuos ad bonas vias. ¶Qui ſe dirigit ad 15
fidelitatem:ſe dirigit ad pacem. ¶Dirige vnam virtutem p 16
aliam. ¶Ipſum dirigere non potes qui tibi non credit:nec 17
te diligit.¶Dirige te:ad bene viuendum & moriendũ.¶Diri 18
ge te:ad accipiendum iudicium.¶Dirige ſentire tuum: vt in 19
telligere poſſis. 20

De præceptore Rub.LIII.

DEus fecit præcepta: vt homines ipſum timeant. 1
¶Quia deus præcipit bonum facere:non excuſatur 2
qui bonũ nō facit. ¶Deus tibi pręceptum facit:vt p 3
obedientiā ipſum honores.¶Deus pręceptum facit:quia do- 4
minus eſt & quia vult honorem.¶Deus præceptum facit to 5
ti poteſtati tuæ: vt in tota poteſtate tua ipſum honores. 6
¶Deus pręcipit tibi:& tu pręcipe corpori tuo.¶Non eſt obe 7

diens:qui non timet atꝙ amat.❡Qui præcepto dei eſt inobediens:habet diabolum præceptorem ſuum.❡Obedientia plꝰ valet per amorem:q̃ per timorem.❡Qui eſt obediens propter amorem:eſt obediẽs cum libertate.❡Qui veritati obedit : eſt honoratus.❡Deus tibi pręceptum facit:propter tuum bonũ & ſuum honorẽ.❡Deo cõpetit dominiũ:& tibi ſeruitꝰ.❡Deꝰ tibi præcipit amare virtutes:qa ſũt vię ſuę.❡Deus tibi præcipit ire ad finẽ ſuũ:vt in ipſo quieſcas. ❡Deus præcipit tibi plus amare maius bonũ:q̃ minus.❡Deus præcipit tibi dare: vt ipſe tibi det.❡Deus pręcipit tibi parcere:vt tibi parcat. ❡Deus præcipit tibi pœnitere:vt te non iudicet.❡Deus præcipit tibi ꝙ non diligas malum:vt hoc non diligas quod ipſe non diligit.

De electione Rub.LIIII.

Deus libertate & amore:eligit bonos & dimittit malos. ❡Si deus libertate non eligeret : non eligeret amore. ❡Abſq; libertate : gratia in electione eſſe non poteſt. ❡In deo ita cito libertas eſt in electione:ſicut bonitas.❡Qui eligit bonitate : eligit iuſtitia. ❡Non eſt iuſtitia: in electione mali. ❡Qui eligit honorem : ſibi eligit laborem.❡Diſcrete non eligit:qui bonũ dimittit & malum eligit.❡Modicum ſcit de electiõe:qui paruũ bonum magno bono præponit.❡Periculoſa eſt electio:perſonæ communis.❡Mundus:indigentiam habet de bona electione. ❡Ante eligas bonum mane:q̃ bonũ veſperũ.❡Qui eligit ſine deliberatione:eligit cum confuſione.❡Melius eſt bonum amare eligere:q̃ bonum ſentire❡Parum ſcit de electione:qui hunc mũdum eligit & alterũ dimittit.❡Ante ponas in electione intelligere tuum:q̃ tuum amare.❡In electione:non eſt bona credulitas.❡Peſſimi ĩimici electionis:ſunt ignorantia & auaritia.❡Qui ſe ad deum eligit:ſe eligit ad ſe.❡Ante eligas dare: q̃ accipere.

De factore. Rub.LV.

QVia deus bonum facit de bono:non facit bonum de malo.¶Quia deus eſt magnum bonum:nō facit de magno bono paruum bonū. ¶Deus vt ſine amore non facit:ita per timorem nō facit.¶Deꝰ facit de bonitate bonificare:& de intellectu intelligere.¶Si deꝰ faceret ꝑ denariis ipſe haberet indigentiam.¶Magnam poteſtatem non habet: qui poteſtatem nō facit de poteſtate. ¶Plus potes facere magna poteſtate: q̄ parua. ¶Plus facere potes libera voluntate:q̄ coacta. ¶Plus facere poteſt ſanus: q̄ infirmus. ¶Qui non facit bonum : facit malum. ¶Qui malum facit:bonū deſtruit.¶Per benefacere:hoīes ſe a malo elongāt. ¶Plus potes dādo facere: q̄ accipiēdo.¶Plus potes mane facere:q̄ veſperi.¶Solus tm̄ facere non potes: q̄tū cū alio. ¶Plus potes facere anima:q̄ corpore.¶Cum bonum manibus facere non potes,facias voluntate.¶Si vnum bonum facere non potes:facias aliud.¶Si bonum quod facere deſideras non potes facere vna virtute:facias alia.¶Omne bonū quod facias:propter amorem domini noſtri facias.

De valore. Rub̃.LVI.

QVia deus eſt valor: vult honorem. ¶Qui in deo nō valet:nihil valet.¶Bonus homo melius valet ꝑ animam:q̄ per corpus.¶Malus homo minus valet per animam:q̄ per corpus. ¶Qui non valet valore : contra decus nihil valet.¶Homo plus valet per virtutes:q̄ per honores. ¶Si velis valere:habeas bonam voluntatem. ¶Non diligas non valorem : in loco valoris. ¶Valor plus valet per humilitatem : q̄ rex per coronam. ¶Nulla res tantum valet: q̄tum valor. ¶Rex nihil valet:in odio populi. ¶Plus valet iuſtum amare:q̄ ſol vel luna. ¶Nulla res ita parum valet:ſicut malus homo. ¶Plus valet clauus q̄ martellus:& homo q̄ aurum.¶Ille plus habet de valore:qui plus valorem diligit.¶Non eſt tanta indigentia de aliquo:q̄ta de valore. ¶Tantū valorē habebis:q̄tū velis habere. ¶Magnꝰ

eſſet valor:ſi haberet in quo eſſet.¶Talis credit ire cū valore: qui vadit cū inhonore. ¶Si non vales quando potes:non valebis quando voles.

De domino. Rub.LVII.

DEus eſt domin⁹ omniū:quia omnia creauit. ¶Deus eſt dominus illius qđ nō eſt: ingtū ipſum creare poteſt. ¶Deus eſt dominus: quia ipſius eſt dominiū. ¶Quia deus dominus:eſt cū bonitate & virtute.¶Nulli dominiū competit:ſine bonitate & virtute.¶Propter dominiū: ad ſeruitutē pertinent bonitas & virtus.¶Solus deus:dominus eſt abſq̧ conditione.¶Plus valet magna bonitas in ſubdito:ꝗ parua in domino.¶Fatuus eſt: qui ſuam poteſtatē diminuit.¶Dominus terrenus:eſt imago deo cœleſtis. ¶Qui habet bonū dominū:habet pacem. ¶Honor domini: eſt honor ſubditi.¶Nemo eſt ita malus:ſicut malus domin⁹. ¶Qui habet malū dominū:omni bono indiget. ¶Amor cōpetit domino:& timor ſubdito.¶Nō eſt rectus dominus:qui naſcitur in ſeruitute. ¶Propinquior eſt bonus deo per bonū dominiū: ꝗ bon⁹ pr̄ ſuū filiū.¶Dilige amplius dominū tuū:ꝗ fratrē tuū. ¶Rex tātum filium ſuū nō diligit:quātū ſuū populū. ¶Sine iuſtitia & pietate:dominiū eſſe non debet.

De victore. Rub.LVIII.

DEus eſt victor:cū ratione. ¶Deus tātum vincit bonitate:quantū poteſtate.¶Deus:libertatē nō vincit ſine iuſtitia.¶Deus:nec bonitatē nec amorē vincere poteſt.¶Deus: ſuā ſimilitudinē non vincit. ¶Teipſum vince:& deuictus non eris.¶Nulla virtus:deuincitur.¶Tu poteris:cum vitio vinci.¶Per animam:vince corpus. ¶Melius eſt ſeipſum vincere:ꝗ ſuū inimicū. ¶Cū deo:omnia mala vinces.¶Abſq̧ deo:in omnibus deuictus eris. ¶Humilitas & patientia:vincunt omnia vitia. ¶Ante vince:ꝗ tu ſis deuictus. ¶Noli: vincere tuū amicū.¶Si peccatū non vincas:deuictus eris.¶Q̄cito tentatus eris:incipe ad vincēdū.¶Qui per peccatum deuincitur:per vilitatem deuincitur. ¶Spes & cha

ritas:deum vincunt ad miſericordiam & pietatem.¶Si malũ 20
velis vincere:ſæpius recolas bonum.

De gratia. Rub.LIX.

DEus gratiam facit cui vult: quoniam liber eſt. ¶Ter 1
mini gratiæ ſunt: dare & miſereri. ¶Magnam gra-
tiam facit:qui dat eſſe humanum. ¶Magnam gra-
tiam facit:qui ſeipſum dat.¶Magnam gratiam facit:qui mul 5
tum remittit. ¶Electio abſq; gratia:non eſt prima. ¶Nulla
gratia:eſt mala. ¶Plus de gratia eſt in ipſo qui ipſam facit: q̃
in illo qui illam recipit.¶Malus homo:gratiam accipere non
poteſt. ¶Qui habet gratiam dei:omne bonum habet. ¶Ille 10
deum ad gratiam diſponit:qui ipſum diligit. ¶Gratia boni-
tatis maior eſt:q̃ gratia honoris. ¶Nemo per ſe:eſt gratia di-
gnus.¶Gratia plus valet per patrem:q̃ per matrem.¶Nul- 15
la gratia:eſt per timorem.¶Qui gratiam facit: gratiam expe
ctat.¶Gratia:non eſt ex neceſſitate.¶Si gratiã nõ habes:gra-
tiam facere nõ potes.¶Nihil:eſt prius gratia. ¶Cõfidas plus 20
in gratia:q̃ in tuis meritis.

De miſericodia. Rub.LX.

DEus:non eſt magis iuſtus q̃ miſericors.¶Deus tan- 1
tum diligit homines per veniam dare: ſicut per iu-
dicare.¶Deus:non dat veniam abſq; iudicio. ¶Illi
miſericordia non deficit:qui amat ipſam.¶Miſericordiã non 5
habebit:qui ipſam non petit.¶Miſericordiam:cũ deceptione
non petas.¶Abſq; cõtritione:miſericordia nõ datur.¶Quia
miſericordia eſt magna: magis diligit magnũ peccatum dele
re q̃ paruũ.¶Miſericordia non vult eſſe in homine:qui ipſam
tenet ocioſam.¶Timorem non habeat:qui veniam dat.¶Mi- 10
ſericordiam acquirit:qui remittit.¶Miſericordia:omnia ma
la cõſumit.¶Miſericordia:eſt mater omniũ bonorũ.¶Multo
melius diſpoſitus eſt deus ad remittendũ: q̃ tu ad precandũ.
¶Miſericordia creatrix ẽ per actionem:& creatura per paſſio 15
nem.¶Bene dat:qui remittit. ¶Qui non dat:non remittit.
¶Nemo contra miſericordiam:ſe defendere poteſt.¶Miſeri-

cordia & iuſtitia: vnum habent patrem. ¶ Abſq; miſericordia: nullus ſecure vadit ad mortem. ¶ Ille te diligit: qui tibi remittit.

De pietate. Rub.LXI.

PRopter finem ꝑpter quē es creatus: habet deus de te pietatem. ¶ Quia deus eſt iuſtus: non habet pietatē propter timorem. ¶ Per iuſtitiā & charitatē: deum mouebis ad pietatem. ¶ Quia deus eſt iuſtus: non habet pietatem de omnibus hominibus. ¶ Si pietatem habere non potes in ope: habeas ipſam ī corde. ¶ Homo humilis in iudicio: indutus eſt pietate. ¶ Inquire pietatē in illo: qui deū honorat. ¶ Non inquiras pietatē in illo: q te nō diligit. ¶ Nō omnes lachrymæ: ſunt de pietate. ¶ Pietatem habe: de tua ſimilitudine. ¶ Morte crudeli morietur: qui pietatem nō habet. ¶ Meliores amicos habere potes per pietatē: q̄ per denarios. ¶ Qui pietatem habet: deum habet. ¶ Plus valent ſuſpiria & fletus propter pietatē: q̄ riſus ꝑpter diuitias & honores. ¶ Si de te pietatem nō habes: de quo pietatē habebis? ¶ Omnis theſaurus: non valet pietatem vnius cordis. ¶ Dare & remittere poteris: cū pietate. ¶ Miſcere in homine obſtinato: non q̄ras pietatē. ¶ In inferno morietur: qui viuit abſq; pietate. ¶ Vna lachryma pietatis: mundare te potes a peccato.

De abundantia. Rub.LXII.

QVia deus æternus eſt & infinitus: eſt abūdantia cōpleta. ¶ Adeo abundans eſt deus per vnā rationem: ſicut per aliam. ¶ Deus in ſuo fine: omnibus finibus abundat. ¶ Abundantia infinita eſſe non poteſt: ſine poteſtate infinita. ¶ Abundantia infinita poteſtatem non habet ſine actu infinito. ¶ Infinitum poſſificare & abundare: conuertuntur. ¶ Infinita abundantia: non habet indigentiam de aliquo quod ſit extra. ¶ Omnis abundātia externa: eſt ipſius quæ eſt interna. ¶ Oportet ꝙ abundare infinitū: ſit ex abundante & abundabili infinito. ¶ Abſq; eſſentiali abundante/abundabili & abundare: non poteſt bonitas abundare.

❡Solus deus: eſt fons infinitus abundantiæ.❡Abundantia fi 11
nita:non poteſt eſſe æterna.❡Abundantia proſperitatum:nõ 12
valet abundantiã amoris. ❡Inq̃tum bonus es:abundas in bo 13
nitate.❡Inq̃tum fidelis es:abundas in fidelitate. ❡Qui humi 14
lis eſt & patiens:de omni re abundantiam habet.❡Abſq; intel 15
ligere:intellectus voluntate abundare nõ poteſt.❡Abſq; ama 16
re:voluntas intellectu abundare non poteſt.❡Voluntas abũ 17
dat intellectu ſuo amare:cum diligit veritatem/quã ipſe intel 18
ligit.❡Abundare non poteſt:qui dare non poteſt. 19

De rege Rub. LXIII. 20

QVia deus eſt rex & creator: regnum eius eſt creatu- 1
ra.❡Quia deus eſt rex & creator:regnat ſupra cur- 2
ſum naturæ.❡Quia deꝰ regnat bonitate:rex eſt bo 3
nitatis qui bonus eſt.❡Nullum regnũ: valet regnũ bonitatis 4
❡Qui viuit virtute:regnat in morte. ❡Quælibet virtus:eſt 5
regnum hominis ſtudioſi.❡Ille qui omne bonum facit quod 6
poteſt:eſt rex magni regni.❡Ille regnat:qui poſſidet ſuam vo 7
lũtatem.❡Abſq; libertate: non poteſt eſſe magnus rex.❡Rex 8
iniuſtus:eſt rex puerorũ.❡Bonus rex eſſe nõ poteſt:qui bonũ 9
regnum non habet.❡Conſilium bonum:facit bonum regnũ. 10
❡Melius vales q̃ rex:ſi melior es.❡Non velis eſſe ita magnus 11
rex extra:ſicut in tua domo. ❡Quia rex eſt pluribus ſubdi- 12
tis:ipſi competit magnus honor.❡Honor omnium:in hono- 13
re regis conſiſtit.❡Qui regem inhonorat:plures homines 14
inhonorat.❡In vtilitate regis:conſiſtit vtilitas ſui populi. 15
❡Maior humilitas poteſt eẽ in rege:q̃ in comite. ❡Cũ rex 16
tam magnum ferat pondus:iniuriã facit qui ipſũ non iuuat. &c

De Maiori. Rub. LXIIII. 20

QVia Deus infinitus eſt & æternus: eſt maior q̃ omĩe 1
qđ finitũ eſt.❡Ita magnꝰ eſt deus per poteſtatẽ & bo 2
nitatem:ſicut per ĩfinitatem & ęternitatem. ❡Quia 3
omnes actus diuinarum rationũ ſunt æquales:deꝰ in ſe nullã
habet maioritatẽ.❡Si velis eſſe maior per bonitatem: habeas 4
magnum bonificare.❡Si velis eſſe maior per volũtatem: ha- 5

beas minus amare. ¶Quia deus maior eſt q̄ creatura: voluit
eſſe maxīa creatura. ¶Sicut deus maximꝰ eſt per deitatē: vo-
luit eſſe maximꝰ per humanitatē. ¶Si deus creatura nō eſſet
non eſſet maior per creaturam. ¶Nihil maius eſſe poteſt ī hu
10 manitate: q̄ homo. ¶Nemo maior eſſe poteſt in bonitate q̄ bo
nus. ¶Si deus vnam creaturam maiorem omnibus aliis crea
turis non creauiſſet: maximam creaturam non dilexiſſet.
¶Quia deus diligit maximam creaturam: quælibet crea-
tura appetit habere maioritatem. ¶Deus maximā creaturā
amare non poſſet: ſi ipſam in maxīa maioritate nō creauiſſet.
15 ¶Illa creatura q̄ ſimilior eſt deo: ē maior. ¶Qui plus deū offē
dit: maior eſt ī peccato. ¶Qui maior eſt in peccato: maior eſt ī
pœna. ¶Nulla maioritas mali: eſt amabilis. ¶Noli eſſe maior
abſq; iuſtitia & bonitate. ¶Ille minor eſt in bonitate: qui vult
20 eſſe maior abſq; ipſa. ¶Naturaliter omnes virtutes: maiores
ſunt q̄ vitia.

De humilitate: Rub. LXV.

1 QVia humilitas eſt bona: oportet ꝙ q̄to deus maiorē
habet bonitatem: tanto maiorem habeat humilitatē
¶Maxīa humilitas eſſe non poteſt: ſine maxīa patien
tia. ¶Vt deꝰ maximā humilitatem haberet: oportuit ꝙ īcar-
natus eſſet. ¶Vt deus maximā humilitatem haberet: voluit
eſſe pauꝑ/venditus/percuſſus/mortuus/& in cruce ſuſpenſus
5 ¶Sol maximā oſtēdit claritatem: & IHESVS CHRISTVS
maximā humilitatem ¶Qui deo eſt propinquior: debet eſſe
humilior ¶Hūilitas eſt infirma in hūanitate. ¶In dn̄a noſtra
& in apoſtolis & aliis diſcipulis IHESV CHRISTI erat hu-
militas ſana. ¶Quia panni in quibꝰ IHESVS CHRISTVS
10 fuit inuolutꝰ erāt hūiles: fuerūt meliores. ¶Qui ſe plꝰ humili
at: meliorē ſe facit. ¶Hūilitas teſtimoniū ꝓhibet: ꝙ deꝰ eſt dn̄s.
¶Humilitas excuſat: & ſuꝑbia accuſat ¶Hūilitas ridet: quan
do ſuperbia plorat. ¶Si vis humilis eſſe: conſidera vnde ve-
niſti & quo iturus es. ¶Quare ille nō eſt humilis: q neſcit qn̄
15 & quomodo & vbi morietur? ¶Conſidera ꝙ iudicaberis

et humilis eris. ¶Ille humilis eſt: qui in ſe nõ cõfidit. ¶Nõ ſis ſuperbus propter tuũ amicũ: quia neſcis q̃tũ te diliget. ¶Procura: in charitate & pietate humilitatem. ¶Non vendas humilitatem: quocunq; theſauro.

De ſuauitate. Rub.LXVI.

HOmini humili: nulla poteſtas eſt ita ſuauis: ſicut poteſtas dei. ¶Contra, homini ſuperbo nulla poteſtas eſt ita amara ſicut poteſtas dei. ¶In maximo gradũ humilitatis: fuit ſuauitas quam IHESVS CHRISTVS habuit in cruce. ¶Deus ſuauis eſt: quoniã ſe inhonorari permittit. ¶Suauis eſt deus in remittendo: & terribilis in iudicãdo. ¶Deus: nullam ſuauitatem habet in inferno. ¶Suauitate: poteris bene deliberare & bene loqui. ¶Ante ſis ſuauis p amorem: q̃ per timorem. ¶Carcer ſuauitatis: eſt carcer quietis. ¶Suauitas & pax: ſunt germanę. ¶Pietatem habeas de homine ſuaui. ¶Suauitas & pietas: nihil ĩter ſe hñt diuerſũ. ¶Qui ſuauis eſt: longe eſt a labore. ¶Quis poterit hominem ſuauẽ vincere? ¶Si velis pacem inuenire: ipſam inquire in homine ſuaui. ¶Homo ſuauis: eſt hoſpitium virtutum. ¶Homo ſuauis: dat & non aufert. ¶Defenſiones hominis ſuauis: ſunt benedictiones. ¶Nullus homo ſuauis: dicit vituperia. ¶Qui hominem ſuauem honorat: deum honorat.

De recolere. Rub.LXVII.

REcolere deum: eſt finis memoriæ. ¶Deus adeo magnum habet recolere: q; nihil obliuiſcitur. ¶Deus bonum recolit cum amore: & malum cum iuſtitia. ¶Qui deum amando recolit: deus ipſum in morte recolit. ¶Deus diſpoſitus non eſt: q; recolatur abſq; amore. ¶Sæpius deum recole per amorem: q̃ per timorem. ¶Cum deum recoles: eius rationes & actus earum recole. ¶Q̃to plus de bono in deo recoles: tanto plus de bono habebis. ¶Plus eſt: in deo vnam rationem recolere q̃ omnes creaturas. ¶Si in deo multum vis amare & intelligere: recole in ipſo multum. ¶De deo tantum poteris recolere: q̃tum volueris amare. ¶Poſt q̃ deus

omnes tuas partes recolet poſt mortem tuam: quare non recolis ipſum ? ¶Qui deum iuſte recolit: deus ipſum recolit in miſericordia. ¶Deus tuum peccatum obliuiſcetur: ſi cũ ſpe ſuam miſericordiam recolis. ¶Magnum honorem tibi facit deꝰ: quia te recolit. ¶Deo da tuum recolere: vt ipſi des tuum intelligere & amare. ¶Recolere: plus valet in deo / q̃ in alio. ¶In deo plus potes tuum recolere extendere: q̃ in aliquo alio. ¶Plus valet: deum q̃ omnia recolere. ¶Nemo cogit iraſci: ſi deum recolit.

De laude. Rub. LXVIII.

DEus laudabilior eſt per complementum quod habet in ſe: q̃ per complementum quod habet in creaturis. ¶Fac vnam laudem de deo per vnam rationem: & aliam per aliam. ¶In qualibet ratione diuina: lauda actum ſuum. ¶Lauda quãlibet rationem diuinam: cum alia. ¶Lauda deum: quia incarnatus eſt. ¶Lauda deum: quia eſt creator. ¶Ille nihil ſcit laudare: qui illud laudat quod nõ intelligit. ¶Deum intellige: vt ipſum ſcias laudare. ¶Propter amorem lauda: potiuſq̃ propter timorem. ¶Nulla laus quæ fit propter timorem: eſt magnã. ¶Lauda: omne id quod deus in ſe facit & in alio. ¶Nulla laus eſt bona: in lingua mendaci. ¶Lauda bonos: & increpa malos. ¶Non confidas in illis: qui iniuſte te laudant. ¶Aliquis homo alium laudat: vt ipſum decipiat. ¶Non lauda plus opera tua: q̃ aliena. ¶Q̃to minus te laudabis de bono quod facis: tanto plus laudandus eris. ¶Illud quod laudabis: laudabis p iuſtitiã. ¶Non increpa tuũ amicum ſæpe de malo: & frequenter ipſum lauda de bono. ¶Plus lauda propter virtutes: q̃ propter proſperitates.

De nominato. Rub. LXIX.

NOn eſt aliquid tantũ nominatũ: q̃tũ deus. ¶Nullũ nomẽ tãtũ habet de virtute: quãtũ nomẽ dei. ¶Qui noiat infinitũ & æternũ: deũ noiat. ¶Qui noiat pfectũ: deũ noiat. ¶Qui noiat creatorẽ: deum noiat. ¶In noie

De refugio LXXI.

DEus:eſt refugium bonorum. ℭHomo peccator:non poteſt habere refugium ad deum.ℭPer vituperium homo refugium non acquirit. ℭ Adeo non debes petere refugium:ſi ipſum oderis.ℭCum tētatus eris : pete refugium a deo.ℭIn maiori refugio:maior amor.ℭPetere refugium ſine ſpe:non eſt bonum.ℭBene iuuatur: qui bene refugiū quærit. ℭIn maiori periculo:pete maius refugiū. ℭ Quale refugium quærit:quem mali ſui non pœnitet?ℭPetas magis refugium a deo ad honorandum ipſum:q̃ ad te ſaluandū. ℭMelius eſt:refugium petere propter pericula animæ q̃ corporis. ℭRefugium quære per virtutē:& exaudieris. ℭ Per refugium vitæ tuæ:acquiras refugium mortis.ℭFatuus eſt:qui ſperat refugium a ſuo inimico. ℭRefugium hominis humilis aſcendit : & refugium hominis ſuperbi deſcendit.ℭPlus valet:refugium quęrere in ſanitate/q̃ in infirmitate.ℭQui iniuſte refugium quærit:non exauditur. ℭRefugium a deo non quæras:ad faciendum malum. ℭQui ad faciendum malum refugium quærit :refugium quęrit a diabolo.

De benedictione. Rub.LXXXII.

BEnedic deum:& benedictus eris. ℭBenedictio: non eſt abſq; bonitate.ℭQui benedicit deum: benedicit oīa.ℭBenedic deum:quia bonus eſt & bonum facit ℭ Benedic teipſū:ī deo.ℭBenedic frequenter:nomen dei. ℭBenedicas quālibet ꝓprietatē dei. ℭBenedicas oīa opa dei. ℭIn omnibus aduerſitatibus tuis:benedicas deum. ℭIn oībꝰ proſperitatibus tuis:benedicas deum.ℭIn aduerſitatibꝰ aliorum:benedicas deū.ℭMultū ſcit de benedictione: q deū bn̄dicit in proſperitatibus vicini ſui.ℭNon eſt maledictꝰ: q deum benedicit.ℭBenedicas deū frequenter:vt frequēter ipſum diligas.ℭBenedictio abſq; deuotione:non aſcendit. ℭBenedictio quā ad deū trāſmittis:eius tibi bn̄dictionē affert.ℭQui bn̄dicit flendo:bn̄dicit amando.ℭBenedicas deū:quia te hominē creauit.ℭBenedic deū:quia īcarnatꝰ eſt:& q̄a mortuꝰ ē.

ad ſaluādū hominē. ¶Benedic deum: in omnibus quæ facies. 20

De ſeruitio. Rub. LXXIII.

QVia deus eſt bonus dominus: dignū eſt vt per bonos 1
ſeruos ei ſeruiatur. ¶Quia deus eſt magnus dn̄s: re
quirit magnū ſeruitiū. ¶Quia deus eſt dn̄s æternꝰ:
ſeruitiū requirit in omni tēpore. ¶Quia deus eſt potēs dn̄s:
multū decet ei ſeruiri. ¶Quia deus eſt ſapiens dn̄s: reqrit ſer 5
uitiū hominū ſapiētū. ¶Quia deus eſt amabilis dn̄s: requirit
ſeruitiū cū amore. ¶Quia deus eſt virtutū dn̄s: requirit ſer-
uitiū cū virtute. ¶Quia deus eſt verus dn̄s: vult ſeruitiū cū
veritate. ¶Quia deus eſt dn̄s glorioſus: dat gloriā omnibus
illis qui ei ſeruitiū faciunt. ¶Quia deus eſt ſanctus dominus: 10
decet ei per ſanctos homines ſeruiri. ¶Seruitium dei: eſt finis
omniū aliorū. ¶Nullus plus ſeruit deo: q̄ ille qui moritur in
ipſius ſeruitio. ¶Si ſeruitiū facis deo: tuū ſeruitiū facis finem
omniū alioꝝ ſeruitiorū. ¶Qui deo non ſeruit: diabolo ſeruit.
¶Nullus diabolus ſuis ſeruis ſeruit: cū nullis velit aut poſ- 15
ſit prouidere. ¶Deus ſeruit tibi: inq̄tum te ſuſtinet & tibi bo
num facit. ¶Deus ſeruit tibi: inquātū tibi dat virtutes vt ac-
quiras merita. ¶Deus ſeruit tibi inquantū tibi dat merita: vt
tibi det gloriam. ¶Tantum deo ſeruire non potes: quātū ipſe
tibi ſeruit. ¶Deo plus ſeruire potes tua volūtate: q̄ tuis ma- 20
nibus & tua lingua.

De timore. Rub. LXXIIII.

DEum dilige: vt ipſum timeas. ¶Deū time: vt ipm̄ 1
diligas. ¶Qui deū timet: aliū nō timet. ¶Si deū nō
timeas: ex oībus rebus habebis timorē. ¶Tu non es 5
in amore dei: ſine timore. ¶Plus timeas deū: q̄ diabolū. ¶Qui
deū offendere nō timet: timet offendere diabolū. ¶Qui mul-
tū timet: multū diligit. ¶Plus timeas tuū amicū: q̄ tuū inimi
cum. ¶Non timēdus eſt: qui nō timet. ¶Non habeas timorē 10
ex aduerſitatibus: quas deus dat tibi. ¶Nihil qđ deus dat: ve
nit cū timore. ¶Timor: eſt propter amorē & ꝑpter odiū. ¶In
magno periculo amoris: magnꝰ timor. ¶Plus timor valet ī ſa 15

nitate:q̃ in infirmitate. ¶Cũ iuſtitiã dei timebis:recole miſericordiã eiꝰ. ¶Qui timet deũ:ſecure dormit. ¶Maiorẽ timorẽ nõ habeas de alio:q̃ de teipſo¶Pericula animę plus timeas: q̃ pericula corporis. ¶Timorẽ nõ habeas:de bono homĩne.

De rogatione. Rub.LXXV.

DEus:modicum rogatur vt rogari debet. ¶Ab oĩbus hoĩbus deus rogari deberet:cũ ipſe ſit dñs oĩm. ¶Ille nõ rogat:q ꝓpter deũ nõ rogat. ¶Pro magna offenſa:magna debet fieri deꝑcatio. ¶Nõ roga illũ:q te nõ diligit. ¶Ex falſo corde:falſa deꝑcatio. ¶Plures ſunt qui rogãt:q̃ q dant. ¶Roga deũ plus ꝓpter eius honorẽ: q̃ ꝓpter tuã ſaluatiõẽ. ¶Roga plus ꝑ bono publico:q̃ pro ꝓprio. ¶Qui ſępius rogat:ſępius indiget. ¶Plus valet deꝑcatio:q̃ excuſatio. ¶Homo diues ſępius rogat:q̃ homo pauper. ¶Qualis homo:talis rogatio. ¶Nõ roga:ſine ſpe. ¶Qualis ĩdigẽtia:talis deꝑcatio. ¶Roga deũ ꝑ mortuis/vt deũ diligas in ipſis:& deus te & ipſos diligat. ¶Si humiliter rogas:exaudieris. ¶Nõ eſt magna deꝑcatio illius:qui rogat propter timorẽ. ¶Deũ rogas ſemp: cũ benefacis. ¶Plus valet deꝑcatio hominis ſani:q̃ infirmi. ¶Si propter deũ rogas:nõ oportet rogare ꝓpter te ipſum.

De diſtinctione.Rub. LXXVI.

SIne diſtinctione diuinarũ perſonarũ:eſſent in æternitate oẽs diuinę rationes ocioſę. ¶Diſtinctio pſonarũ diuinarũ eſt: vt de infinitate:diuinæ rõnes: non ſint ocioſę. ¶Abſq; diſtinctionare:nõ poſſet in deo eſſe cõcordare. ¶Sine diſtinctione:nõ poteſt eſſe pductio. ¶Ex agẽte & agibili: nõ ſequitur aliqua operatio ſine diſtinctione amborum. ¶Nullus finis:poteſt eſſe abſq; diſtinctione. ¶Quia deus eſt tãtũ deus ꝑ agere ſicut ꝑexiſtere:habet in ſua eſſentia pſonas diſtĩctas. ¶Illa eſt maxima diſtĩctio:in qua plura ſunt vna & eadẽ eſſentia & natura. ¶Illa eſt maxima diſtĩctio: ĩ qua plura ſunt vna & eadem ratio. ¶Abſq; diſtinctionare: nulla ratio poteſt eſſe plena. ¶Poteſtas: nihil poteſt ſine diſtinctione. ¶Per diſtinctionẽ: inquire veritates & naturas ſubſtãtiarũ.

¶Qui diſtinctionē a cauſa & effectu remoueret: vnū & idē in 14
numero remaneret. ¶Abſq; diſtinctione: omnia vnū & idem 15
erunt. ¶Abſq; diſtinctione: nulla ſubſtantia poſſet eſſe. ¶Sine 16
diſtinctione nihil eſſet. ¶Qui diſtinctione priuaret: omnibus 17
priuaret. ¶In nulla ſubſtantia: eſt appetitus naturalis contra 18
diſtinctionē. ¶Nulla diſtinctio: eſt mala in bonitate. ¶Quāto 19
plus pater a filio eſt diſtinctus: tāto magis eſt pater. 20

De concordantia. Rub. LXXVII.

ILla concordantia eſt maior: quæ eſt ex perſonis infi- 1
nitis. ¶Nulla concordantia maior eſt in bonitate: q̄ 2
concordātia patris & filii. ¶In magnitudine finis: eſt 3
magnitudo cōcordantię. ¶Mediū qđ eſt ex principio & fine: 4
eſt in magna concordantia. ¶Sicut pater & filius magnā ha- 5
bēt cōcordantiā per diſtinctionē: ita habēt cōcordātiā in ſan-
cto ſpiritu per vnionē. ¶Adeo magnā habent concordātiam 6
pater & filius in ſancto ſpiritu: ꝙ in ipſo non habēt niſi vnum
actū. ¶Diuinæ rationes ita magnā habent cōcordiā: ꝙ omnes 7
vnū & eūdē actū habent. ¶In IHESV CHRISTO: conſiſtit 8
maxima cōcordātia dei & creaturę. ¶Nulla concordātia ma 9
ior eſt illa: quæ plura habet in vnitate perſonæ. ¶Non habeat 10
timorē de vitio: qui vnā virtutē cū alia cōcordat. ¶Melior eſt 11
concordātia: quæ eſt de magnis bonis / q̄ ea quæ eſt de paruis. 12
¶Concordantia pluriū bonorū: te elongabit a multis malis. 13
¶Cōcorda virtutes internas: cū virtutibus externis. ¶Con- 14
cordātia magni & parui: nō eſt ſemp bona. ¶Tuū recolere in- 15
telligere & amare cōcorda: in magnitudine bonitatis. ¶Cō- 16
cordātia magnorū hominū: eſt timēda. ¶Concorda te: cū hu 17
milibus hominibus. ¶Concorda plures fines: ad vnū finem. 18
¶Conſerua concordantiā primæ intentionis & ſecūdæ. ¶Cō 19
corda tua verba: cum tua conſcientia. 20

De æqualitate. Rub. LXXVIII.

IN eſſentiis differentibus: non poſſet eſſe æqualitas 1
inter infinitas perſonas. ¶Omnes proprietates dei: 2
ſunt æquales. ¶In omni inæqlitate: eſt maioritas & 3

minoritas. ¶ Infiniti actus poſſunt eſſe æquales p̄ infinitas perſonas. ¶ Infinitas & æternitas : omnibus modis æqualitatem habent. ¶ Nulla duratio: poteſt eſſe æqualis æternitati. ¶ Si æternitas æqualitatē haberet cū extranea eſſentia in durãdo: haberet infinitas cū illa æqualitatem in infiniendo. ¶ Bona æqualitas amici & amati: eſt amabilis. ¶ Aeq̄litas magni amici & magni amati: eſt magna. ¶ Aequalifica tuas vitutes: q̄tū potes. ¶ Inæqualitas virtutum: eſt prope vitia. ¶ Ratione ſenſus cōmunis: ſenſus particulares æqualitatē appetunt in ſuis actibus. ¶ Potentiæ animæ: appetitum habent ad æqualitatem actuum. ¶ Nulla potentia: eſt plena ſine æqualitate plurīū. ¶ Non velis: eſſe ęqualis domino tuo in poteſtate. ¶ Cum quolibet homine: velis eſſe æqualis in bonitate. ¶ Deſidera: æqualitatē potentiæ obiecti & actus. ¶ Nulla æqualitas virtutū: eſt mala. ¶ Graue eſt: æqualia vitia deſtruere. ¶ Aequaliter: dilige iuſtitiam & miſericordiam dei.

De altitudine. Rub. LXXIX.

OMnes diuinæ rationes: altiores ſunt omnib9 aliis rationibus. ¶ Altitudines in quibus deus: ſunt ſuæ rationes & ſuæ operationes. ¶ Nulla ratio: eſt alta ſine actu. ¶ In deo: nulla ratio eſt magis alta q̄ alia. ¶ Supra altitudinē infinitatis & æternitatis: non eſt alia. ¶ Sicut in deitate ſua bonitas nō poteſt eſſe magis alta: ita in IHESV CHRISTO creatura nō poteſt eſſe magis exaltata. ¶ Secūdū ꝙ bonitas dei eſt alta: requirit altã volūtatē per quã ipſa diligatur. ¶ Altitudo volūtatis: eſt in magnitudine amandi. ¶ Nulla poteſtas tantū aſcēdere poteſt ad magnitudinē agendi: ſicut poteſtas dei. ¶ Per infimū intelligere: tuus intellectus aſcēdere non poteſt ad ſapientiã dei. ¶ Sine altis meritis: altã gloriam attingere non potes. ¶ Nulla res eſt ita infima: ſicut peccatū. ¶ Per peccatū: erunt damnati in infimo loco mūdi. ¶ Si vis eſſe altus: habeas altas operationes. ¶ Virtutes: ſunt altitudines ſanctorū hoīm. ¶ Altius ſtat ſanctus eremita ī volūtate dei: q̄ rex in tribunali. ¶ Q̄to plus valebis: tãto altius ſtabis.

¶Aſcendat tuum intelligere:& aſcēdet tuum amare. ¶Cæ-
lum non eſt tam altum:q̃ amare ſancti hominis. ¶Quāto ma 20
gis laborabis ad aſcendendum:tanto plus aſcendes.

De ſignificatione. Rub.LXXX.

IN diſcretione numeri ternarii:diuina trinitas ſigni 1
ficatur ¶In complemento createç bonitatis : ſignifi-
catum eſt complemētum bonitatis increatę. ¶Com
plementum bonitatis conſiſtit per eſſentialia bonificans boni
ficabile & bonificare. ¶In brachio regis:ſignificat̃ poteſtas dei
¶In corona regis:ſignificat̃ gloria dei. ¶In cruce: ſignificatur 5
humilitas dei. ¶Nulla creatura tantum ſignificat poteſtatē
dei:q̃tū ſacramētum altaris. ¶Tua patientia:ſignificat patiē
tiam dei. ¶Q̃to plus patiens es:tāto plus patientiā dei ſignifi
cas. ¶Nullus tantum patientiam dei ſignificat:q̃tum malus 10
prælatus. ¶Per contrarium:maius malū ſignificat maius bo
num. ¶Per operationes quæ fiunt extra: ſignificant̃ operatio
nes quæ ſunt intra. ¶Quia tu habes paruum intelligere : illa
quæ minora ſunt tibi ſignificant maiora. ¶Si magnū haberes
intelligere:maiora tibi ſignificarent minora. ¶Vna ſignifica 15
tio:eſt occaſio alterius. ¶Nullus ſenſus ſignificat ita magnā
magnitudinem:ſicut affatus. ¶Nullus ſenſus ſignificat ita
magnam magnitudinem:ſicut imaginatio. ¶Imaginatio nō
ſignificat ita magnā magnitudinē:ſicut itellectꝰ. ¶Plus ſigni
ficat veritas per intellectum:q̃ per aliam potentiam. ¶Nul- 20
la potentia ſignificat tāto labore ſuū obiectū:quāto intellectꝰ.

De perſeuerantia. Rub.LXXXI.

BOnitas non eſt in tanta perſeuerantia in alio:quāta 1
in ſeipſa. ¶Nulla bonitas:extra ſeipſā pſeuerat. ¶Si
bonitas extra ſeipſā pſeueraret: eſſet extra ſeipſam.
¶Nulla bonitas ī ſeipſa pſeuerat:ſine bōificare. ¶Solꝰ deꝰ:p ſe 5
ipſum perſeuerat. ¶Sine actu:deꝰ pſeuerare nō pōt:i ſuo ſine
¶Pater & filius perſeuerant:p generationē. ¶Pr̃ & filiꝰ pſeue
rant p ſpirationē. ¶Sanctus ſpūs perſeuerat:per connexionē.
¶Quoniam perſeuerantia dei eſt in idētitate:ipſe non habet 10

aliquam mutationem.¶Quælibet diuina ratio:in ſuo actu pſeuerat ¶Abſq; productione:non poteſt actus rationis perſeuerare.¶Abſq; infinitate:poteſtas in ęternitate pſeuerare nõ poteſt.¶Qui maximã pſeuerantiam habet in bono:eſt ſimillimus deo.¶Priuatio pſeuerantiæ:eſt diſgregatio virtutum.¶Quanto plus in virtute perſeueras:tanto fortior es per virtutem.¶Abſq; perſeuerantia:aliquem finem attingere nõ potes.¶Perſeuerantia:eſt medium inter principium & finem.¶Perſeuerãtia i bono ope:ẽ melior q̃ i rerũ poſſeſſiõe.¶Nullus theſaurus:tantum valet q̃tum perſeuerantia.

De exemplo Rub.LXXXII.

DEus exemplum dedit ſuæ vnitatis:in vnitate creaturarum.¶In ſingularitate ſolis:deũ dedit exẽplũ ſuæ ſingularitatis.¶Duæ naturæ IHESV CHRISTI q̃ ſunt vna perſona:ſunt exemplar q; in deo plures pſonæ ſunt vnus deus.¶In hũanitate IHESV CHRISTI:eſt maius exẽplum diuinarum rationum q̃ i aliqua alia creatura.¶In bonitate IHESV CHRISTI habes maius exemplum bonitatis dei q̃ in alia vlla bonitate.¶In amore IHESV CHRISTI habes maius exemplum ad amãdũ:q̃ in alio vllo amore.¶In humilitate IHESV CHRISTI habes maius exemplum humilitatis dei:q̃ in aliqua alia humilitate. ¶In patientia IHESV CHRISTI:habes maius exemplũ q; deus ſit patiẽs:q̃ in aliq̃ alia patientia.¶Solus Iheſus Chriſtus:eſt exemplum & cẽtrũ perfecti exẽpli.¶Sol non eſt ita magnum exemplũ claritatis: ſicut Iheſus Chriſtus exemplũ eſt pietatis.¶Cũ Iheſus Chriſtus ita magnum ſit exemplum:cur homines tam paruũ exẽplum accipiunt? ¶Qui a Iheſu Chriſto exẽplum ſalutis non accipit:a diabolo exemplum pditionis capit.¶Accipe exemplũ a bonis p amorẽ:& a malis p timorẽ.¶Malꝰ hõ:eſt exẽplũ poenę ĩfernalis¶Labor alteriꝰ:ẽ exẽplũ prudẽtię.¶Cõſciẽtia ẽ exẽplũ pcti & virtutis.¶Vna virtꝰ:ẽ exẽplũ alteriꝰ.¶Operatio potentiæ:eſt exemplum ipſius.¶Exemplum accipe a ſanctis: quomodo honorantur & recoluntur. ¶Accipe exẽplũ malorum hominum:quomodo obliuioni traduntur.

De motore. Rub. LXXXIII.

DEus aliquam creaturam non mouet: ſine bonitate. 1
¶Quia deus eſt infinitus: non mouetur in mouen- 2
do creaturam. ¶Deus ſua voluntate mouet crea- 3
turas. ¶Deus vult ꝙ creatura moueatur: & mouetur. 4
¶Deus mouet creaturam: vt ipſa ſapientiam moueat. ¶Deꝰ 5
mouet creaturam ſicut cauſa ſuum effectum: & creatura ſe 6
mouet per naturam. ¶Finis mouet agētē: & agens formam: 7
& forma materiam. ¶Per finitam poteſtatem: potes mouere 8
poteſtatem infinitam ad pietatem. ¶ Nullus peccator: 9
deum mouere poteſt ad aliquid. ¶Si peccator deum mo- 10
uere poſſet: cum ipſo poſſet habere aliquam concordantiam. 11
¶Nullus motus peccatoris: ſe mouet ad finem. ¶Per vnā 12
virtutem: aliam mouere potes. ¶Nobilior motus eſt ſi for- 13
ma moueat formā: q̄ ſi forma materiam. ¶Teipſum: moue ad 14
tuum finem. ¶Anima mouente tuum corpus: teipſum mo- 15
ues tua parte. ¶Statim cum per vitium motus eris: mo- 16
ueas te ad contrarium illius. ¶Tuā liberam voluntatem: nō 17
moueas ad ſeruitutem. ¶Omnes rationes tuas: moueãd bo- 18
nas operationes. ¶Qui ſeipſum ad bonum non mouet: diabo- 19
lus ipſum mouet ad malum. ¶Omnes illi quos diabolus mo- 20
uet: mouentur ad pœnas infernales.

De aſſumptore. Rub. LXXXIIII.

IN incarnatione deus aſſumpſit humanitatē & non 1
per perſonam: quoniam iam erat perſona. ¶Huma- 2
na natura perſonam aſſumpſit: inquantū facta eſt di-
uina perſona ¶Si natura humana fuiſſet per ſe perſona: di- 3
uina perſona aſſumpſiſſet aliam perſonam. ¶Si natura diui- 4
na aſſumpſiſſet aliā perſonam: ſuā perſonā dimiſiſſet. ¶Perſo-
na æterna tranſmutari non poteſt in perſonam temporalem. 5
¶Perſona diuina omnibus ſuis rationibus: aſſumpſit na- 6
turam humanam. ¶Homo CHRISTVS aſſumpſit omnes 7
diuinas rationes: in diuina perſona ¶In humana natura aſ- 8
ſumpſit diuina perſona participationem cum omni crea- 9

tura.¶In perſona filii dei: humana natura participationẽ aſſumpſit cũ perſona dei patris & dei ſpiritus ſancti. ¶Diuina perſona:in natura humana accepit matrẽ. ¶Perſona diuina: in cruce accepit paſſionem ĩ natura humana. ¶A deo quãtũ poteris accipere:accipias. ¶Accipe a bonitate:quãtũ poteris. ¶A deo nihil accipere potes:abſq; virtute. ¶Totum deũ accipere potes:in tua voluntate. ¶Plus accipere potes a bonitate: q̃ a denariis. ¶Accipe vnũ bonũ: & poſtmodũ aliud. ¶Qui accipit bonam vitã:accipit bonã mortẽ. ¶Habeas ita magnum placitum:accipiendi propter deum aduerſitates ſicut proſperitates. ¶Quanto plus in hac vita de bono accipies:tãto plus accipies in alia vita.

De dignitate. Rub.LXXXV.

OMnibus modis eſt dignꝰ deus: vt habeat honorem. ¶Quoniam diuinę dignitates ſunt infinitę: dignus eſt deus vt per totũ mũdũ honoretur. ¶Nullus homo dignus eſt amare deum:cũ peccato. ¶Dignitas IHESV CHRISTI: eſt finis omniũ dignitatũ creaturarũ. ¶Qui eſt contra IHESVM CHRISTVM: dignus non eſt vt vtatur aliqua dignitate. ¶Nulla dignitas poterit eſſe: niſi in digno. ¶Quilibet humilis: eſt dignꝰ altis rebus. ¶Qui ſe credit eſſe dignũ:eſt indignus. ¶Qui non eſt dignus bono: eſt dignus malo. ¶Aliquis finis:non eſt ſine dignitate. ¶Nemo remotior a dignitate: q̃ ſuperbus. ¶Omnis dignitas ſpiritualis: altior eſt q̃ corporalis. ¶Dignior eſſe potes per virtutem: q̃ per parẽtes. ¶Omnis dignitas:propter deũ eſt amabilis. ¶Dignitas minor:conſiſtit propter maiorem. ¶Qui eſt contra cõmunẽ dignitatẽ:eſt contra plures. ¶Dignitas regis: non ſpectat ad plures homines. ¶Nemo tãtũ cõtrarius eſt dignitati: quãtũ malus pręlatus & malus princpes. ¶Qui dignitatem habet: valde charam ipſam tenere debet. ¶Dignitates cuſtodire nõ potes:abſq; virtutibus.

De ſpe. Rub.LXXXVI.

DEus eſt ſpes iuſtorũ p iuſtitiã: & peccatorũ p miſeri 1
cordiã. ¶Crucẽ reſpice: ſi velis ſpẽ habere. ¶Nõ ſpe-
ra bonũ ꝑpter te: ſed ꝑpter deũ. ¶Spes: ẽ nũci⁹ doni/
auxilii/ & idigẽtię. ¶Spes: nõ ẽ firma ſine fortitudĩe & charita 5
te. ¶Spes non vadit nec redit: cum peccato. ¶Qualis finis: ta-
lis ſpes. ¶Omnis ſpes: dat quietem. ¶Omnis ſpes: eſt inter ami
cum & amatum. ¶Qui habet ſpem: non habet alicuius timo- 10
rem. ¶Spes: eſt panis pauperũ humiliũ. ¶Nemo ad ſuũ finem
venire poteſt: ſine ſpe. ¶Deus dat ſuis magnis amicis aduer-
ſitates: vt habeãt magnã ſpem. ¶In plurib⁹ proſperitatib⁹: peri
clitatur ſpes. ¶Ille deo eſt proximus: qui habet maximam ſpẽ 15
¶Spes & libertas: magnam habent cõcordantiam. ¶In homĩe.
auaro: non habeas ſpem. ¶Spe: nutrias tuum amare. ¶Prius
tranſmittas ſpem ad deum: q̃ ad tua merita/ & ad virum q̃ ad 20
fœminam. ¶Spes: infirma eſt ſine merito.

De amicitia. Rub. LXXXVII.

SI in æternitate non eſſent amicus & amatus: in deo 1
non eſſet infinita amicitia. ¶Infinita amicitia: eſt in
finiti amici & amati. ¶Per amicum finitum: nõ po-
teſt eſſe infinitus amat⁹. ¶Sicut de⁹ vult eſſe maxi-
mus amicus per deitatem: ita vult eſſe maxim⁹ amic⁹ p huma
nitatem. ¶Si deus maioritate non diligeret: non eſſet maiori 5
tate amabilis. ¶Poſtq̃ deus amabilis eſt p maioritatẽ: ipſũ ama
re nõ potes p mĩoritatẽ. ¶Maxĩa amicitia: cõſiſtit p maximã
bonitatẽ. ¶Morales virtutes: ſũt nũcię amici & amati. ¶Ma-
ior amicitia: maiorem propinquitatem requirit amici & ama
ti. ¶Ille eſt bonus amic⁹: qui plangit ꝑpter dedecus ſui amati. 10
¶Non eſt bonus amicus: qui timet mori ad honorãdum ſuũ
amatũ. ¶Nõ eſt bonus amicus: qui plus loquitur de alio q̃ de
ſuo amato. ¶Parũ diligit: q verecundiã habet honorãdi ſuũ
amatũ. ¶Nõ rideas: ſi amat⁹ tu⁹ ſit ĩfirm⁹. ¶Infirmitates q̃s 15
amic⁹ habet ꝑpter amare: ſũt medicę ſuę volũtatis. ¶Pro-
ſpitates amati: theſaur⁹ eſt amici. ¶Parum ſcit amare: q fati-
gat amari. ¶Sanitas amati: ẽ ĩfirmitas amici. ¶Bonũ amare

eſt cētrū gētis & laboris. ¶ Infirmitas amati: ē īfirmitas amici.

De deſiderio. Rub. LXXXVIII.

Nihil tantū deſideratū eſt: q̄tū de⁹. ¶ Multū ſuſpirat: q multū deū deſiderat. ¶ Totū aurū mūdi: nō valet vnū ſuſpiriū boni deſiderii. ¶ Mai⁹ deſideriū habere non poteſt q̄ qui bonitatem deſiderat. ¶ Qui plus deſiderat: plus ſcit de vita. ¶ Priuatio deſiderii: eſt mors. ¶ Ille magnus eſt: q magnū hēt deſideriū. ¶ Qui totā ſuā ptātē ponit ī deſiderio: nō ē ocioſus. ¶ Ocioſitas deſiderādi: ē ocioſitas viuēdi. ¶ Deſidera: & viues. ¶ Deſiderare ſine virtute: ē figura euerſa deſiderii. ¶ Nō eſt paup: q deſiderat: ſicut nō ē dulcedo ī plāctu ſine deſiderio. ¶ Dulces ſunt lachrymę: q̄ veniūt p deſideriū. ¶ Amatus non eſt deſiderat⁹: ſine ſer uitute. ¶ Graue ōnus obedientiæ: alleua deſiderio. ¶ Deſiderium quo corpus nō lāguet: nō eſt magnū. ¶ Pl⁹ valēt ſuſpiria ī deſiderio: q̄ honor ī pricipe. ¶ Qui nō deſiderat: non attigit. ¶ Triſtis viuet: q nō deſiderat. ¶ Deſideriū eſt cōmunicabile: cuilibet homini.

De conſtantia. Rub. LXXXIX.

Deus eſt adeo cōſtās: q̄ nō mouetur. ¶ Adeo cōſtās ē de⁹ ī agēdo: ſicut ī exiſtēdo. ¶ Rōes dei: cū ſuis actib⁹ ſūt cōſtātes. ¶ Si velis eſſe cōſtās: ī deo facias te cōſtātē. ¶ Rōes tuas: ī rōnib⁹ dei facias cōſtātes. ¶ Facias bonitatē tuā: ī bonitate dei cōſtātē. ¶ Facias tuū finē cōſtātē: ī fine dei. ¶ Nulla potentia: ſine ſuo actu eſt conſtans. ¶ Non eſt cōſtās qui ſe cōſtantē nō facit. ¶ Qui non eſt conſtās in virtute: conſtans eſt ī vitio. ¶ Nemo ſe a vitio diſſoluere poterit: niſi ſe cōſtantē faciat in virtute. ¶ Tuā libertatē: facias conſtātem virtutib⁹. ¶ Tuā poteſtatē: facias cōſtantē ī maximo fine. ¶ A maxio fine: non diſſoluas tuū velle. ¶ Qui tētat⁹ ē: regrit q̄ ſit cōſtans in fine bonitatis. ¶ Anteq̄ reſpōdeas: facias tuum ſermonē cōſtantem deliberatiōe ītelligēdi. ¶ Anteq̄ eligas: tuā volūtatē conſtantē facias ad intelligendū. ¶ Qui cōſtās eſt: timorem non habet. ¶ Qui cōſtās non eſt: ſecurus nō eſt. ¶ Si aliqs te inconſtantem velit facere: plus te conſtantem facias.

De paſſione & patientia. Rub.XC.

QVia deus eſt ſimplex forma: in ipſo non eſt naturalis paſſio. ¶Filius & ſpiritus ſanctus: ſunt perſonæ paſſiuæ inq̄tum ſunt productę. ¶In deo: quælibet paſſio eſt forma inq̄tū eſt de forma. ¶Per miſericordiam: diuina iuſtitia habet patientiam. ¶In cruce: diuina natura per humanam habuit patientiā. ¶In hac vita: eſt deus patiēs ſup peccatore: vt ipſum ad bonitatē conuertat. ¶Deus eſt patiens: inq̄tum peccatore permittit vti ſuis creaturis. ¶Secūdū q̄ ſunt plures peccatores: eſt magna patientia dei. ¶Patientia dei: eſt finis omnium patientiarum. ¶Nulla patientia eſt ſimilior patientię dei: q̄ patientia regis. ¶Patientia regis: eſt ſpeculū plurium patientiarum. ¶Patientia regis eſt alta: vt plures ipſam videant. ¶Omnis patientia: conſiſtit per amorē. ¶Patientia: non habet alicuiꝰ timorē. ¶In patiētia: getē habent aduerſitates hominum humilium. ¶Qui eſt magis patiens: eſt magis ſanctꝰ. ¶Fortitudo & patientia: non diuiſerunt aliquid. ¶Sis patiens: & vinces. ¶Patientia: eſt refugium virtutum. ¶Patientia: eſt pars ſanctorum hominum.

De legalitate ſeu fidelitate. Rub.XCI.

NVllus ē ita legalis: ſicut deꝰ. ¶Legalitas dei: eſt finis omnium legalitatum. ¶Si omnes bonitates eſſent æquales: ſtaret legalitas æqualis in omnibus hominibus. ¶In homine eſt parua legalitas: qui nō dat gratis. ¶Legalitas: timorem non habet ex aliquo. ¶Qui plus legalitatē tangit: plus ipſam incēdit. ¶Bonum hoſpitium accipit: qui cum legalitate hoſpitatur. ¶Triſtis eſt legalitas: quoniam ꝓditio ſtat in tot hominibus. ¶Sis legalis: & eris diues. ¶Bonitas quæ legalitatem diligit: non indiget aliquo. ¶Ille habet malum matutinum: qui malum habet vicinū. ¶Nullum ſcutum eſt ita forte: ſicut legalitas. ¶Nemo: nimis habere poteſt de legalitate. ¶Legalitas: eſt figura pietatis. ¶Qui legalitatē tangit: conſcientiam tangit. ¶Sine legalitate: pacem habere nō potes. ¶Ad dominū legalem: ſpectat legale conſiliū. ¶Ne

mo tantũ indiget habere legalitatem: q̃tũ cõmunis perſona. ¶Nemo tot habet proditores: quot cõmunis perſona. ¶Legalitas: ſeipſam cuſtodit.

De præſentia. Rub. XCII

SOlus deus: eſt præſentia æterna & infinita. ¶Deus: eſt præſens omni quod eſt. ¶Infinita poſſibilitas: eſt præſens actiuitati diuinæ potẽtiæ. ¶Infinita poteſtas & bonitas: p̃ſentes ſunt diuinæ ſapiẽtię & volũtati. ¶Cuilibet diuinarũ rationũ: eſt p̃ſens ſuus actus. ¶Tuo ĩtellectui: eſt præſens tuę potentiæ actiuitas, vt ipſe ocioſus nõ exiſtat. ¶Repręſenta tuę volũtati potentiæ actiuitatẽ: quã habes ad faciẽdũ bonũ. ¶Bonũ qđ potes facere: rep̃ſẽta volũtati tuo in ſpe. ¶Rep̃ſenta ꝑ tuã memoriã volũtati tuę: magnas amabilitates. ¶Naturaliter: amatiuitas diligit p̃ſentes amabilitates. ¶Si tua volũtas nõ diligit facere bonũ: rep̃ſenta illi pœnã. ¶Cũ tentatus fueris ꝑ viciũ: rep̃ſenta volũtati tuæ virtutes. ¶In p̃ſentia virtutũ: ſunt odibilia vitia. ¶Rep̃ſenta oculis tuis crucẽ: & humiles veſtes. ¶Rep̃ſenta tuis auribus: honeſta verba. ¶Frequẽter rep̃ſenta tuę imaginationi: alterũ ſeculũ. ¶Repræſenta tuæ conſciẽtiæ: tua peccata. ¶Repręſenta tuis pedibus: ſecuras vias. ¶Rep̃ſenta tuis manibus: magna opera. ¶Repræſenta: tuæ linguæ veritatem.

De nobilitate. Rub. XCIII.

NVllus habet ita antiquam nobilitatem: ſicut deus. ¶Quia poteſtas dei eſt antiqua: eſt poteſtas nobilis per antiquitatẽ. ¶Perſeuerãtia bonitatis: eſt fons nobilitatis. ¶Qui nobilis eſt ꝑ natiuitatẽ: deberet eſſe valde contrarius vilitati. ¶Oĩs homo bonus: eſt nobilis. ¶Nemo eſt ita nobilis ꝑ natiuitatẽ: ſicut ꝑ humilitatẽ. ¶Volũtas: nõ eſt nobilis ſine nobili amare. ¶Bene eſt fatuus: qui vilibus opationibus ſe credit eẽ nobilẽ. ¶Qui virtutes multiplicat: nobilitatẽ multiplicat. ¶Nulla vilitas eſt ita magna: ſicut vilitas peccati. ¶Homo vilis ꝑ peccatũ: nõ debet miniſtrare homini nobili. ¶Valde mala ſunt in homine nobili: vilia verba. ¶Valde

iniuriata eſt nobilitas:in malo pricipe. ¶In nobilitate:finis eſt nobilitas operum. ¶Non ædifices nobilitatem:ſupra vilitatē ¶Nulla poteſtas eſt adeo nobilis per denarios:ſicut eſt per ſe ipſam. ¶Conſerua & aſſocia vnam nobilitatem:cū alia. ¶Parum ſcit de nobilitate:qui ipſam pro denariis velit vendere. ¶Qui diligit maiorem nobilitatem:maiores habet diuitias. ¶Nulla nobilitas:verecundiam habet.

De principali intentione Rub.XCIIII.

TOtum quod eſt in deo:eſt per principalem intentionem. ¶In deo:vna ratio eſt in intentione alterius. ¶In deo tantum:intentiones ſunt æquales. ¶Maxime intentiones:ſunt de deo. ¶In deo:intentio principalis non indiget ſecunda. ¶Dilige deum propter ſuam bonitatem: & ipſum dilige per primam intentionem. ¶Si deum diligis pro tua vtilitate:ipſum diligis in ſecunda intentione. ¶Qui diligit viuere vt deo ſeruiat/& diligit comedere propter viuere: ponit intentionē in ordine. ¶Per primā intētionē creatꝰ es:p ſecundā intentionē iudicaberis. ¶Per hypocriſim: eſt intētio in graui infirmitate. ¶Qui ſuam intentionem peruertit: ſuū finē puertit. ¶Finis eſt de pria intentione:& ſecunda intentio eſt de prima. ¶Publica vtilitas:eſt prima intentio plurium. ¶Per falſam intentionem:ſaluationem habere non potes. ¶Paſſio ſecundę intentionis eſt ſaluatio primæ intentionis. ¶Nemo ſe excuſare poterit:de intentione bona. ¶Iſta vita eſt per ſecundam intentionem:& alia per primā. ¶Nemo plus contrariatur intentioni:q̄ ſimoniacus. ¶Secunda intentione deſetuis primę:& ipſam cuſtodis. ¶Qui bonā habet intentionem:omnes habet excuſationes.

De procuratione. Rub.XCV.

DEus:ſua incarnatione & paſſione noſtram redemptionem procurauit. ¶Quia deus noſtram ſaluationem ſua paſſione procurauit: nobis non competit procuratio cum delectatione. ¶Procura vnum bonum: p aliū. ¶Procura vnam virtutem:p aliam. ¶Procura amicitiā

boni hominis:per bonitatem. ¶Caueas tibi de procuratore: qui plus ſuum honorem diligit q̄ tuum.¶Homo ſuperbus ꝓcurat:vt ipſe ſit dominꝰ.¶Qui procurat cū hūilitate:ꝓcurat cū legalitate. ¶Sine charitate & verecundia : nemo bonꝰ eſt procurator. ¶Procura in veritate:illud quod tibi eſt commiſſum.¶Procura ſaluationem:in tua ſanitate.¶Non dimittas procurationem tui boni:pro alieno. ¶Procura honorem deo:ſupra omnia.¶Procura tuæ voluntati:bonum amare. ¶Procura magnum intelligere:tuo intellectui. ¶Procura bonum æternum:tuæ memoriæ.¶Procura patientiam tuo cordi:& abſtinētiā tuis manibꝰ.¶Procura lachrymas & ſuſpiria: in tua oratione.¶Procura conſcientiam:contra peccatum. ¶Nullus habet tam paruum ac malū procuratorem:ſicut honor dei.

De inuiſibilitate Rub.XCVI.

QUia deus non habet corpus neq̄ colorem:videri non poteſt. ¶Viſione ſpirituali:eſt deus viſibilis. ¶Quia deus eſt intelligibilis:eſt viſibilis. ¶Deus:inuiſibilis eſt peccatoribus. ¶Priuato fine intellectiuitatis: eſt intelligere priuatum.¶In ītellectiuitate:eſt vnum intelligere ꝓpter finem/ & aliud contra finem.¶Omne ītelligere propter finem:eſt ſtudioſum.¶Omne intelligere qd̄ eſt cōtra finē: eſt vitioſum.¶Iuſto intelligere:iuſti vident deum.¶Iniuſto intelligere:iniuſti ꝑdūt videre deū.¶Qui deū intelligit cū intelligere iniuſto:habet pœnam.¶Viſibilitas dei non eſt vtilis abſq̄ ſanctitate.¶Non deſiderat ille videre ignē:quē ignis cōburit.¶Nullꝰ peccator:deū videre deſiderat.¶Nullū deſiderium:eſt ſine amare.¶Si deum videre volueris: videas eius operationes.¶Deum nō videt:q eius opationes non videt. ¶Nemo placitum habet:in videndo opationes ſui inimici. ¶Parū deū diligit : qui plus ſuas operationes intelligit q̄ operationes dei.¶Vitium:eſt priuatio habitus viſionis dei.

De immortalitate. Rub.XCVII.

Quia deus eſt ſine contrarietate:mori non pôt.¶Omnes diuinę rationes morerētur:ſi actus non haberēt ¶In æternitate morereń poteſtas dei & voluntas:ſi morerētur poſſificare & amare. ¶Moriť volūtas damnati in æuiternitate:quia amare non poteſt.¶Mors voluntatis:conſiſtit in odiendo bonum.¶Mors intellectus: conſiſtit in ignorando veritatem.¶Mors memorię:conſiſtit in recolendo priuationem finis.¶Mors peruerſi intellectus:conſiſtit in intelligendo vanitatē.¶Mors aīę:durat in æuiternitate.¶Mors aīæ maior eſt q̄ mors corporis.¶Nulla mors eſt ita magna:ſicut priuatio finis.¶Ille ſuā volūtatē occidit:q a ſe priuat ſuū amabile amatū.¶Qui propter deum moriť:propter deū viuit.¶Qui non moriť propter deū:nō viuit ꝑpter deū.¶Morieris propter deum:ſi viues propter deum.¶Ille moriť propter deū:qui amore ipſius ſuū corpꝰ laboribꝰ dat.¶Ille mortuus eſt apud deum: qui ipſū obliuiſciť & ignorat/& qui ipſum non deſiderat.¶Qui ſuam aīam occidit:producit mortalitatem in immortalitatē.¶Omnis mors eſt bona:quæ vitā procurat.¶Mors quæ parum durat:non eſt timenda.

De infallibilitate ſeu idefectione. Rub.XCVIII.

Quia omnes diuinæ rationes actus ſuos habent infinitos & æternos: deus deficere non poteſt.¶Si deus deficere poſſet:poſſet eſſe non deꝰ.¶Quilibet inq̄tū ipſe non poſſet deficere: eſſet deus.¶Ad tuum finem tēdis: cū deficere non potes.¶Qui quieſcit in fine: nihil illi deeſſe pôt/nam habet omne bonum. ¶Ille deficere pôt:qui poteſt cōtra ſuum finem.¶Sicut errare potes per inordinatam poteſtatē:ita errare potes per inordinatam voluntatē.¶Memoria deficit per obliuionem: & intellectus per ignorantiam. ¶Intellectus:excuſationem non habet cum deficit per ignorantiam ¶Excuſare potes intellectum:cū deficit per obliuionem.¶Excuſare potes voluntatem: cum deficit per ignorantiā. ¶Per nimium recolere & amare poteris deficere:& non per nimiū intelligere.¶Nemo: nimis ītelligere poteſt.¶Tu

poteris deficere: per intelligere & amare nimis vnum p̄ alio. ¶Aequaliter deficere potes: per recolere/ intelligere & amare cõtra finem. ¶Pl⁹ poteris deficere p potentias animę: q̄ per potētias corporis. ¶Bis deficit: qui deficit & ſe excuſat. ¶Qui deficiendo ſe excuſat: contemptum multiplicat. ¶Qui ſcienter deficit: dignus eſt magna punitione. ¶Abolitio defectus conſiſtit per ſpem & pœnitentiam

De principio. Rub. XCIX.

DEus: eſt principium complementi. ¶Principium: ſine æternitate non poteſt eſſe infinitum. ¶Principiũ: non poteſt eſſe perfectum ſine eſſentiali principiãte/ principiabili & principiare. ¶Principium: non poteſt eſſe pfectũ ſi non principiat de bonitate. ¶Maius bonum principiare potes de maiori bonitate: q̄ de parua. ¶Principiũ maius in alio eſſe nõ poteſt q̄ in ſeipſo. ¶Nullum bonum: principiatur peccato. ¶Succeſſio principii: eſt de vno in aliud. ¶Principia vnum bonum vna virtute: & aliud bonum alia.

¶Eũ non pœnitet: qui bene principiat. ¶Prius q̄ aliquid incipias: finem illius reſpice. ¶Quando aliquid incipies: reſpice finem propter quem principiatus es. ¶Ante incipe deliberationem: q̄ tuam operationem. ¶Benedicas ante nomẽ dei: q̄ tuã operationem incipias. ¶Perſeuera cum bonitate: ad hoc quod principiatus es. ¶Multũ fecit: q incepit. ¶Principia ante amorem: q̄ timorem. ¶In principiando bonum: nõ habeas timorẽ. ¶Tuum principium dirige: cum ſuo fine. ¶Nihil tantum iuuat principiũ: q̄tum ſuus finis.

De primo & vltimo fine. Rub. C.

DEus per ſuum finem: eſt finis cuiuſlibet finis. ¶Quia quælibet ratio dei eſt finis: eſt quęlibet diuinarum rationum finis omnis creaturæ. ¶Omnes fines creati: ſunt ſubditi increatis. ¶Omnis finis creatus: ſuſtentat⁹ eſt in fine increato. ¶Nullus finis: eſt ſine actu. ¶Si poteſtas/ de ſapientia bonificare non poſſet: nõ poſſet in ſeipſa qeſcere ¶Null⁹ finis attingitur: ſine bonificare. ¶Nihil eſt nobilius: q̄ finis.

¶Nulla pœna ē ita magna:ſicut priuatio finis. ¶Qui ſuo fini eſt propiquior:plus ipſũ deſiderat. ¶Quia poteſtas pōt de fine:eiꝰ quies conſiſtit ī fine. ¶Plus pōt poteſtas de fine ſpirituali:q̃ de fine corporali. ¶Sine fine amādi:nō eſt quies. ¶Cuſtodes finis:ſunt virtutes. ¶Finis paſtoris:cōſiſtit ī fine ouiũ. ¶Parum ſcit de fine:qui parũ ipſum recolit & diligit. ¶Qui non vadit ad finem:vadit ad priuationem ipſiꝰ. ¶Qui finē diligit:omnia diligit. ¶Magnum dedecus facit fini:qui ipſum non deſiderat. ¶Qui finem non honorat:deum inhonorat.

PROVERB. Ræmundi Pars. II.

De Ente. Rub. I.

DEus:eſt ens quod omnia habet. ¶Qui nominat ens:omnia nominat. ¶Extra ens:nō ē aliqd. ¶Ens:eſt centrũ omnium rerum. ¶Nihil eſt maius:q̃ ens. ¶Omne ens:eſt amabile. ¶Nonens in ente:eſt odibile. ¶Per nonens:priuat̃ ens ſuo fine. ¶Peccatum:tantum mō eſt nonens quod eſt ī ente. ¶Nullum ens:eſt naturaliter de nonente. ¶Si ens eſſet de nonente:eſſet nonens aliquid. ¶Per creationem tantummodo:eſt ens de nonente. ¶Per peccatum tantum:habet ens inclinationē ad nonens. ¶Si ens ſine peccato inclinationem haberet ad nō ens:eſſet nonens aliquid. ¶Omne minus ens:eſt ſubditũ maiori. ¶Ens quod eſt per exiſtere:eſt ens qd̃ eſt per agere. ¶Ens quod eſt per exiſtere:eſt per ſeipſum:& ens quod eſt per agere eſt propter aliud. ¶Ex vno ente eſt aliud:& ex vno ſunt plura. ¶Per compoſitionē:vnum ens eſt ex pluribꝰ. ¶Omne ens:eſt accidens aut ſubſtātia.

De nō ente. Rub. II.

NOnens:eſt id quod nō habet aliquid. ¶Nonens eſſet ens:ſi haberet aliquid. ¶In ente:peccatum & nōens conuertũtur. ¶Abſq; intellectu:nonens nominatũ

non eſſet. ¶Deus:non conſiderat nonens. ¶Si deus conſideraret nonens:eſſet nõens aliquid.¶Solus homo:conſiderat nonens. ¶Qui nonens cõſiderat:ſuperflue conſiderat. ¶Per priuationẽ entis:eſt ſpeciale nõens. ¶Speciale nõens:& priuatio cõuertunẽ.¶Generale nõens:tantũmõ ĩ cõſideratiõe cõſiſtit.¶Ante nõens:non eſt aliquid. ¶Si ante nõens eſſet aliqd: eſſet nonens aliquid. ¶Si nonens eſſet intelligibile: haberet aliquid. ¶Si ens & nonens eſſent cõtraria:eſſet non ens aliqd ¶In effectu: nonens & negatio habent concordãtiã. ¶Ita habet nonens concordantiam in corruptione p generationem: ſicut cum affirmatiõe per negationem.¶Per falſitatem tãtũ modo: habet nonens concordantiam cũ negatione. ¶Ita eſt nonens ſuſtẽtatũ in falſa ſuppoſitione:ſicut ſuſtentatum eſt ĩ peccato. ¶Si nonens nõ conuerterẽ cũ hoc qđ habet:eſſet aliquid.

De bonitate. Rub.III.

BOnitas eſt id per qđ bonũ agit bonum: idcirco bonũ eſt eſſe & malũ nõ eſſe.¶Ita factũ ẽ bonũ p bonitatẽ: ſicut coloratũ p colorẽ.¶Quia bonitas eſt ratio boni:eſt bonũ eſſe illiꝰ boni.¶Quia bonitas & malitia ſũt cõtraria:mala ẽ priuatio boni.¶Eſſe mali eſt malũ:& eẽ boni eſt bonũ.¶Priuatio mali:ẽ bona.¶Si bonũ eẽt de malo:priuatio mali nõ eẽt bona.¶Si malũ eẽt de bono:priuatio boni eẽt bona. ¶Si de bonitate & malitia eẽt aliqd: eiꝰ eẽeẽt bonũ & malũ & eiꝰ priuatio ſimiliter.¶Oẽ illud qđ ẽ bonũ:ẽ bonũ p bonitatẽ.¶Nihil cõſiſtit ĩ ſpecie bõitatis:niſi ſit bonũ.¶Inq̃tũ bonitas ẽ ratio om̃i bono: ẽ prĩcipiũ oĩs boni.¶Si nulla bonitas eſſet ſubſtantialis:eſſet ſubſtantia magis bona p aliud q̃ per bonitatẽ.¶Bonitas ſubſtantialis:eſt naturalis.¶Bonitas magnitudinis:eſt accidẽtalis.¶Bonitas iuſtitię & charitatis: eſt moralis.¶Si bonitas eſſet ſine actu:ex ipſa aliqđ bonũ eẽ non poſſet.¶Nullꝰ actꝰ bonitatis:eſt malꝰ.¶Oẽ illud cũ quo bonitas participat:oportet eẽ bonũ.¶Quia bonitas ẽ maior ĩ magnitudĩe q̃ ĩ puitate:ſunt magitudo & puitas bõę p bonitatẽ

De magnitudine. Rub.IIII.

MAgnitudo: eſt id per quod bonitas/duratio & cęterę rationes ſunt magnę. ℭMagnitudo: eſt ratio magno ꝙ producit magnū. ℭNullum magnū producere poteſt: ſine magnificare. ℭNullum magnū: poteſt paruū producere ex magnitudine. ℭSi non eſſet aliqua magnitudo ſubſtantialis: accidens eſſet magis magnū q̃ ſubſtantia. ℭOmnis magnitudo ſubſtantialis: eſt naturalis. ℭMagnitudo naturalis accidentalis: eſt inſtrumentū magnitudinis ſubſtantialis. ℭOmnis magnitudo moralis: eſt accidentalis. ℭIta eſt inconueniens ꝙ magnū non ſit de magnitudine: ſicut eſt inconueniēs ꝙ ſit de paruitate. ℭMagnitudo: eſt eſſentia magni. ℭSi magnitudo non eſſet generale principium: eſſet ſupra ipſam principiū/qđ non eſſet magnū. ℭSine naturali magnificante/magnificabili & magnificare: nulla magnitudo eſſet hoc qđ eſt. ℭNulla bona magnitudo: eſt mala. ℭOmnis bonitas: maiorem habet concordātiam cū magnitudine q̃ cū paruitate. ℭNullū magnū malum: eſt de bonitate. ℭNulla magnitudo mali: eſt ſubſtātialis. ℭQuia omnis pulchritudo eſt bona: nulla magnitudo pulchritudinis eſt occaſio mali. ℭNulla poteſtas magnitudinis: ē de paruitate. ℭPropter iuſtitiā: aliquod malum magnū/eſt bonū. ℭOmnis magnitudo peccati: eſt innaturalis.

De duratione. Rub.V.

DVratio: eſt id per qđ bonitas/magnitudo/poteſtas/& cæteræ rationes durant. ℭBonitas ita durat per durationē: ſicut duratio eſt bona per bonitatē. ℭSi duratio nō haberet propriū actū: duraret plus per aliud q̃ per ſeipſam. ℭSine actu durationis: bonitas/magnitudo/& poteſtas durare nō poſſent. ℭSi poteſtas non poſſet de duratione: non poſſet durare p ſeipſam. ℭBonitas/magnitudo/poteſtas & cætera principia ita ſimilitudinē accipiūt de duratione: ſicut duratio de ipſis. ℭSi duratio nō eſſet principiū ſubſtātiale: nulla ſubſtātia duraret per ſeipſam. ℭNulla duratio mali:

eſt ſubſtantialis. ¶Si duratio mali eſſet ſubſtantialis: duratio ſubſtantialis eſſet mala. ¶Corruptio durat: vt duret generatio. ¶Si generatio & corruptio æuiternaliter durarẽt: omnis numerus haberet æuiternã renouationẽ. ¶Si perpetuo durarent generatio & corruptio: nullũ principiũ attingeret ſuum finem. ¶Per durationẽ: actus finis attingitur. ¶Nullus finis durare poſſet: ſi nõ poſſet attingi. ¶Si finis nõ poſſet attingi: principiũ durare nõ poſſet. ¶Duratio quæ nõ habet finẽ: nõ durat. ¶Duratio quæ eſt de generatione & corruptione: parum durat. ¶Omnis duratio: plus durat per concordãtiam: q̃ per cõtrarietatem. ¶Duratio plus durat per æquales partes: q̃ per inæquales. ¶Subſtãtia quæ non eſt de corruptione: ſemper durat.

De poteſtate. Rub. VI.

POteſtas: eſt id per quod bonitas/magnitudo/duratio & alia principia poſſunt exiſtere & agere. ¶Bonitas poteſt eſſe per poteſtatẽ: inquãtũ poteſt eſſe. ¶Poteſt bonitas per poteſtatẽ: inquantũ poteſt habere actum. ¶Quia poteſtas poteſt de magnitudine: poteſt per ſe eſſe magna. ¶Si poteſtas non eſſet pars ſubſtantialis: non poſſet de ſubſtantia. ¶Nulla poteſtas tãtũ poſſet de magnitudine quãtũ de paruitate: ſi nõ eſſet de natura ſubſtãtiali. ¶Si oĩs poteſtas eſſet accidẽs: ſubſtãtia plus poſſet p accidẽs q̃ p ſeipſam. ¶Per poteſtatẽ: ſubſtãtia poteſt eſſe de forma & de ſe ipſa. ¶Sine actu poteſtatis: nõ poſſet ſubſtãtia eſſe de forma & materia. ¶Omne poſſificare: competit melius rationi poteſtatis q̃ alii rationi. ¶Oĩs poteſtas: ꝓpĩquior eſt p ſuũ actũ ſuo fini q̃ per actũ alienũ. ¶Omnis poteſtas: maior eſt per ſuã propriã qualitatẽ q̃ p appropriatã. ¶Poteſtas erroris: nõ eſt poteſtas. ¶Poteſtas erroris: eſt per ſuã priuationẽ. ¶Poteſtas boni: eſt per ſuã durationem. ¶Omnis poteſtas: maior eſt per actionẽ q̃ per paſſionem. ¶Nulla poteſtas corporis eſt ita magna: ſicut poteſtas animæ. ¶Poteſtas quę nõ poteſt de ſe ipſa: nõ eſt magna. ¶Nihil tantum poteſt: ſicut poteſtas.

De ſapientia. Rub.VII.

SApientia:eſt id per qđ ſapiẽs intelligit. ¶Sine actu ſapientiæ:ſapiens intelligere non poſſet. ¶Si ſapientia eſt id quo ſapiens intelligit:non poteſt ſapiens ignorare cũ ſapiẽtia. ¶Ignorãtia:eſt priuatio habitus intelligẽdi. ¶Priuatio habitus ſapientiæ:eſt ocioſitas quam ſapiens facit cũ ſapientia. ¶Non eſt ſapiens:qui intelligit cũ ſapientia ſine bonitate. ¶Si ſapiens eſſet ſapientia:non poſſet ignorare. ¶Si ſapientia nõ eſſet pars ſapientis ſubſtãtialis: deſideraret plus intelligere accidens q̃ ſubſtantiam. ¶Sapientia:vnũ habet intelligere quod eſt de ſua eſſentia/aliud quod eſt de ſua operatione. ¶Sapientia accidentalis:habet accidentale intelligere. ¶Sapientia:per plus intelligere eſt maior. ¶Sapientia nõ intelligit:ſed ſapiens intelligit p̃ ſapientiã. ¶Sicut finis animæ & corporis eſt homo:ita ſapiens eſt finis ſapiẽtiæ. ¶Nulla poteſtas ſapientiæ:eſt mala. ¶Omnis intelligibilitas: eſt bona. ¶Sapientia:eſt lumen actuum partium cum quibus participat. ¶Sapiens vti non poteſt ſapientia:ſine diſpoſitione illius & ſui obiecti. ¶Diſpoſitio partium cũ qua ſapientia participat:eſt via intelligendi. ¶Intelligere quod eſt intra: eſt cauſa ipſius intelligere quod eſt extra. ¶Intelligere quod eſt extra: eſt illud quod eſt ex pluribus ſpeciebus.

De voluntate. Rub.VIII.

VOluntas eſt illud:per quod bonitas/magnitudo/duratio/ poteſtas /ſapientia / & cætera principia ſunt amabilia. ¶Voluntas:ſua nobilitate eſt cauſa nobilitatis extraneæ. ¶Extranea nobilitas: eſt amabilitas bonitatis/magnitudinis & aliarum. ¶Voluntas: eſt id quo volens habet velle. ¶Si voluntas non eſſet pars ſubſtantialis: diligeret naturaliter plus accidens q̃ ſubſtantiã. ¶Volũtas habet vnum velle per ſubſtãtiam: & aliud per accidens. ¶Velle ſubſtantiale:eſt incorruptibile. ¶Velle accidentale:eſt imago & impreſſio velle ſubſtantialis. ¶Voluntas ſuo velle ſubſtantiali: mouet ſuum velle accidentale. ¶Odibilitas: non eſt de

eſſentia voluntatis. ¶Eſſentia voluntatis: non eſt ex contrariis. ¶Voluntas ſic ſpecies amabilitatis acquirit: ſicut intellectus ſpecies intelligibilitatis. ¶Quāto intellectus plus ſe extēdit ad intelligēdū veritatē: tanto magis diſpoſita eſt amabilitas veritatis vt diligatur. ¶Non ſequitur: ſi omne intelligere ſit amabile/ ꝙ omne intellectum ſit amabile. ¶Illud propter quod non omne intellectum eſt amabile: eſt quia propter aliquas malas operationes eſt odibile. ¶Intelligibilitates: ſunt materiæ multiplicationis amandi. ¶Amabilitas: per maiorē bonitatem eſt magis amabilis. ¶Si voluntas non poſſet amare: omnis amabilitas ſuperflua eſſet. ¶Voluntas ſe communicat poteſtati: vt per ipſam ſit amabilis. ¶Magnitudo ſe cōmunicat voluntati & poteſtati: vt per ipſas poteſtas ſit multum amabilis.

De memoria. Rub. IX.

MEmoria: eſt potentia quæ cuſtodit & reddit ſpecies quas intellectus & voluntas acquirūt. ¶Memoria: vnam & eandem ſpeciem accipit per intelligibilitatem & per amabilitatē. ¶Memoria ſpeciē quā accepit nō reddit: ſed ſimilitudinem illius. ¶Memoria: vno & eodem recolere plures ſpecies accipit. ¶Memoria vno & eodem recolere: ſpeciem accipit & reddit. ¶Si memoria vno recolere ſpeciem acciperet & alio ipſam redderet: ipſam cōſeruare non poſſet. ¶Recolere qđ ſpeciē cōſeruat: eſt intra & eſt ſubſtātiale: & illud quod ſpeciē ducit eſt extra/ & eſt accidētale. ¶Si in memoria non eſſet actus ſubſtātialis: maiorē appetitū haberet ad recolendū accidentia q̄ ſubſtātias. ¶Sine actu ſubſtātiali: plus recoleret memoria accidentia q̄ ſubſtātias. ¶Per recolere accidentale: eſt nutritū ſubſtātiale. ¶Oportet ꝙ oīs actus ſubſtātialis: ſit eſſentia ſubſtātiale. ¶Quia īter intellectū memoriā & volūtatē eſt differētia: memoria reddit ītellectui recolitū ītellectū/ & volūtati amatū ītellectū. ¶Si memoria & ītellectus eſſent vna potētia: eēnt idē actꝰ recolere & ītelligere. ¶Si recolere & ītelligere eēnt idē actus: potētia poſtq̄ ītelligeret

obliuiſci non poſſet.¶Priuatio intelligendi conſiſtit per obliui 15
ſci: & priuatio recolendi conſiſtit per ignorare.¶Sine differen
tia: priuatio vnius habitus per alium eſſe non poſſet.¶Noua
ſcientia eſt per intelligere: & antiqua per recolere. ¶Nulla me
moria: præcedit voluntatem.¶Si memoria voluntatem præ
cederet: volũtas in amando deliberationem nõ haberet.¶Po
teſtas recolendi: maior eſt per amare q̃ per odire: & per intelli 20
gere q̃ per credere.

De virtute Rub.X.

Virtus: eſt exitꝰ/bonitatis/magnitudinis/durationis/ 1
poteſtatis & aliorum.¶Virtꝰ naturalis: maior eſt
per ſubſtantiam q̃ per accidẽs.¶Ex obuiatione plu
rium bonarum rationum: naſcitur virtus bona.
¶Ex obuiatiõe plurium magnarum rationum: naſcitur virtꝰ
magna.¶Alia virtꝰ eſt illa quæ eſt ſingularis: alia quæ eſt cõ 5
munis. ¶Virtus ſingularis: cum ſua ſpecie conuertitur.
¶Virtus communis: naſcitur ex pluribꝰ in communi ſpecie.
¶Ex propria virtute ignis: erit appropriata virtus i aere.¶Ex
propria virtute & appropriata: naſcitur virtus in plãta.
¶Oportet ꝙ virtus quæ naſcitur ex pluribus vnitatibus: ſit 10
vna & communis.¶Omnis virtus quæ naſcitur: eſt ſubſtan
tialis.¶In creaturis: omnis virtus quæ exit eſt accidentalis.
¶Virtus accidentalis: eſt ſimilitudo ſubſtantialis. ¶Virtus
qua tranſit: ſuã & ponit & imprimit ſimilitudinẽ.¶De magna 15
virtute: magna impreſſio.¶Virtus vnam imaginem impri
mit in bonitate: & aliam in magnitudine. ¶Nulla virtus mo
ralis: eſt ſubſtantialis.¶Virtus vegetatiuæ: naſcitur in virtu
te ſenſitiuæ.¶Virtus ſenſitiuæ: exit in ſentire. ¶Si non eſſet
aliqua virtus ſubſtantialis: omne accidens maiorem haberet 20
virtutem q̃ aliqua ſubſtantia.

De veritate Rub.XI.

Veritas: eſt id qͩ eſt verũ de bonitate/magnitudĩe/du
ratione/poteſtate & aliis.¶Abſq; veritate: nihil poſ 1
ſet eſſe.¶Si veritas non eſſet: omne quod eſt eſſet fal

ſum.❡Si falſitas eſſet ſubſtantia:nulla ſubſtantia eſſet veritas.❡Si in ſubſtantia nulla veritas eſſet ſubſtãtialis: eſſet ſubſtantia magis vera p accidens q̃ p ſeipſam.❡Veritas bonitatis:nõ eſt veritas magnitudinis. ❡Si bonitas & magnitudo eſſent vnũ & idem:eadem eſſet earum veritas.❡Omnis veritas accidentalis:ſuſtentatur in ſubſtantiali. ❡Nulla falſitas: habet ſubſtantiale ſubiectum. ❡Omnis falſitas:eſt priuatio habitus virtutis moralis.❡Si falſitas ſuſtentaretur in ſubſtãtia:eſſet veritas ſubiectum ſubſtantiæ.❡Falſitas ita eſt priuatio habitus veritatis:ſicut cæcitas viſionis.❡Omnis falſitas: eſt falſa ſimilitudo veritatis. ❡Si non eſſet intellectus: id qđ eſt falſum non haberet nomen. ❡Nihil eſt contra intellectũ: niſi falſitas.❡Sine actu veritatis:nihil eſſet verum.❡Naturaliter:nulla veritas eſt vacua.❡Illa quæ implent veritatẽ: ſũt bonificans/bonificabilis & bonificare.❡Veritas: plena eſt de ſeipſa.❡Omnia inq̃tum ſunt:ſunt vera.

De gloria. XII.

GLoria:eſt delectatio/in qua bonitas/magnitudo/duratio/poteſtas/ſapiẽtia/voluntas/virtus & veritas habent quietem.❡Sine gloria:bonitas non haberet delectationem per bonificare.❡Sine gloria: magnitudo delectationem non haberet per magnificare.❡Sine gloria: bonitas & magnitudo delectationem non haberẽt per participationem. ❡Ex gloria: habet quælibet ratio delectationem per ſuum actum. ❡Ex gloria:voluntas habet delectationem per recolere & intelligere.❡Gloria:eſt quies omnis boni. ❡Qui non habet gloriam:habet pœnam.❡Omnis gloria:eſt deſiderabilis. ❡Quanto gloria eſt maior:tanto deſiderabilior.❡Si non eſſet gloria ſubſtantialis:nulla ſubſtantia gloriam haberet per ſuam naturam.❡Per gloriam ſubſtantialem: eſt magis deſiderabilis maior gloria q̃ minor.❡Quanto gloria ſuo fini eſt propinquior:tanto eſt maior.❡Nulla gloria accidentalis:poteſt eſſe finis ſubſtantiæ.❡Delectatio per vegetare: eſt

gloria plantę.ℭDelectatio p ſentire:eſt gloria animalis.ℭDelectatio intelligẽdi:eſt gloria animalis rationalis. ℭNulla gloria:extra finem attingitur.ℭNulla gloria eſt maior: q̃ gloria recolendi/intelligendi/& amandi.ℭGloria quæ eſt per ſpeciẽ: 20
non eſt magna.

De differentia. Rub.XIII.

DIfferentia:eſt id per quod bonitas/magnitudo/ duratio/poteſtas/& reliqua/ ſunt rationes icõfuſę.ℭDifferentia: eſt lumen quod rem oſtendit qualis eſt res. 1
ℭDifferẽtia eſt ita lumen volũtati ad aliquid eligendũ: ſicut eſt lumẽ intellectui ad aliquid intelligendũ.ℭSi differẽtia nõ eſſet:non eſſent plures res.ℭEx differẽtia:ſine actu non ſequeretur aliqd.ℭSine ſubſtãtiali differẽtia:nulla differentia eſſet magna.ℭEx maiori lumine:maior claritas.ℭPer ſubſtantialẽ differentiam:eſt in bonitate ſubſtantialis differentia bonificã tis/bonificabilis/& bonificare. ℭPer ſubſtantialem differentiam:forma & materia ſunt differentes ſubſtãtialiter.ℭNullum ſuppoſitum poſſet producere aliud:ſine ſuſtãtiali differẽtia.ℭDifferẽtia:eſt principiũ generale ad plura.ℭDifferẽtia: eſt forma quæ genus diuidit in plures ſpecies.ℭDifferentia: trahit de ſpecie plura.ℭAbſq; differentia:poteſtas non poſſet de ſeipſa neq; de alio.ℭSi poteſtas ſapientia & voluntas eſſent abſq; differẽtia:omnis poteſtas poſſet eſſe deus.ℭSi bonitas/ magnitudo & veritas eſſent abſq; differẽtia: omnes veritates ęquales eſſent in bonitate. ℭSi omnes veritates æquales eẽnt in bonitate ſine differẽtia:eſſent æquales & inæquales.ℭNulla æqualitas:poteſt eſſe ſine differentia.ℭPer generalẽ differẽtiã:eſt quælibet ſubſtantia differẽs ab alia per eſſentiã.ℭMultitudo:eſt ſubiectum:generalis differentiæ.

5

10

15

20

De concordantia. Rub.XIIII.

COncordantia: eſt id per quod bonitas/ magnitudo/ duratio/poteſtas/in vno & in pluribus concordãt. 1
ℭSi concordantia non eſſet:omnes res eſſent cõtrariæ. ℭConcordant bonitas & magnitudo : in conſtituendo

vnum ſuppoſitum quod eſt bonum & magnū. ¶Concordāt bonitas & magnitudo: in conſtituendo plura ſuppoſita bona & magna. ¶Concordat bonitas cum magnitudine/inq̄tum ipſam bonificat:& magnitudo concordat cū bonitate inquantum ipſam magnificat. ¶Bonitas bonificat magnificare: & magnitudo magnificat bonificare. ¶Sicut bonitas habet eſſentialem bonificātē/bonificabilē/& bonificare:ita habet magnitudo eſſentialem magnificantem/magnificabilem/& magnificare. ¶Maior eſt concordantia ſubſtantię & ſubſtantiæ: q̄ accidentis & accidentis.¶Concordantia eſt principiū ſubſtantiale:vt ſufficiat ad concordandum vnam ſubſtātiam cū alia.¶Bonum & magnum eſt concordantia:ꝙ ſit ſubſtantia. ¶Si concordantia non ſit principium ſubſtantiale: deficit ei magna bonitas.¶Si bonitas & magnitudo deficiant concordantiæ:deficit ipſis concordantia. ¶Si concordantia non ſit principium ſubſtantiale: maior eſt in concordando ſubſtātiā cū ſubſtātia q̄ in ſeipſa.¶Nullū ens maiorē habet eſſentiā per ſuam operationē:q̄ per ſuā exiſtentiam.¶Omne ens naturale maius eſt per ſuam eſſentiam:q̄ per aliud.¶Concordantia: in concordando remota eſt a contrarietate. ¶Concordantia & eſſe:concordant. ¶Quia concordantia in ſeipſa prius habet naturam concordandi q̄ in alio:eſt primum principium & generale.¶Impoſſibile eſt ꝙ ex contrariis: ſequatur concordantia. ¶Si ex contrariis ſequeretur concordantia: conuerteretur cum contrarietate.

De contrarietate. Rub.XV.

COntrarietas: eſt quorundam mutua reſiſtentia propter diuerſos fines. ¶Contrarietas diuerſorum finiū: generat cōtrarietatem in diuerſis principiis & mediis.¶Nulla contrarietas:habet concordantiam cum eſſe. ¶Nulla cōtrarietas:eſt principiū ſubſtātiale. ¶Si contrarietas eſſet principiū ſubſtātiale:nō eſſet contra aliquē finē. ¶Si contrarietas nō eſſet cōtra finē: cōuerteretur cū cōcordātia. ¶Si cōtrarietas eſſet principiū ſubſtātiale:non poſſet eſſe pri-

uatio habitus concordantię. ❡Si contrarietas eſſet principiũ ſubſtantiale:eſſet in cõcordantia bonitatis & malitiæ/bonitatis & magnitudinis.❡Si contrarietas eſſet in concordãtia bonitatis & malitię/bonitatis & magnitudinis:cõuerteretur cũ concordãtia.❡Contrarietas:eſt principiũ generale.❡Si contrarietas nõ eſſet principiũ generale:nulla contrarietas eſſet ſub ſpecie.❡Contrarietas & priuatio:nõ ponũt poſitiuã concordantiam.❡Si cõtrarietas & priuatio ponerẽt poſitiuã cõcordantiã:contrarietas eſſet cõcordantia.❡Corruptio:eſt ſubiectum contrarietatis.❡Ita ſe habẽt contrarietas & corruptio: ſicut concordantia & generatio.❡Solus intellectus:facit cõcordantiã contri etatis & corruptionis. ❡Quia contrarietas eſt contra finẽ:non poteſt eſſe ita magna ſicut concordantia. ❡Nullum principiũ:habet in contrarietate quietem. ❡Qui plus contrarietatem tangit:plus ipſam multiplicat.❡Nulla contrarietas:finem attingit.

De principio. Rub.XVI.

PRincipiũ:eſt id qđ ſe habet ad omnia ſub ratione alicuius prioritatis.❡Sicut principiũ bonũ eſt per bonitatẽ/& magnũ per magnitudinẽ:ita ſunt bonitas & magnitudo principia per ipm̃.❡Si non eſſet principiũ ſubſtantiale:finis ſubſtãtię eſſet accidentalis.❡Nulla cõcordantia eſt maior:q̃ cõcordantia principii & finis. ❡Si ſubſtantia nõ eſſet de principio & fine:nõ haberet id de quo eſſet quietẽ. ❡Si ſubſtãtia nõ eſſet de fine: principiũ nõ haberet in principiando ſubſtantiã. ❡Si ſubſtãtia nõ eſſet de principio:principiũ nõ haberet quietẽ in principiando ſubſtantiam. ❡Abſq; principio ſubſtãtiali:ſubſtãtia nõ eſſet principiabilis.❡Quia omne principiale eſt maius in principio ſubſtãtię q̃ accidẽtis: oportet ꝙ aliquod principium ſit ſubſtantiale. ❡In principiare:eſt ante finis q̃ agens/& agens q̃ forma/& forma q̃ materia. ❡Illud principiũ qđ ꝓpinquiꝰ eſt fini eſt principiũ illius qđ eſt remotius.❡Vna forma:eſt principium alterius. ❡Omnis principiabilitas:ꝓpinquior eſt principiatiuitati q̃ alii.❡Prin

cipiare propinquius eſt principiatiuitati & principiabilitati: q̄ ipſi bonificare. ¶Nullum principium: finē attingit ſine medio. ¶Ita eſt conditio principii ꝙ aliquid ſit de ſua eſſentia: ſicut conditio ſua eſt ꝙ aliquid ſit poſt ipſum. ¶Oportet ꝙ illud ſit principium: quod eſt de principio. ¶Si illud quod eſt de principio non eſſet principium: clauus qui eſt de ferro non eſſet ferrum. ¶Id quod principiatū eſt de principio: eſt principiatum in genere principii. ¶Quoniam principiatum de principio eſt principiatum in genere pĩcipii: oportet ꝙ principiū ſit ens generale.

De medio. Rub. XVII.

MEdium: eſt ſubiectū in quo finis infundit ad pricipiū ſuam ſimilitudinem / & pricipium refūdit fini ſapiēs naturam vtriuſq;. ¶Amabilitas infūdit ſuam ſimilitudinem ad amantem: vt ipſum moueat ad amare. ¶Amans refūdit in amare amatum: quod eſt ſimilitudo amabilitatis. ¶Amare: eſt medium in quo ſe coniungunt amans & amabilis. ¶Inter perfectum amicum & amatum: eſt amare ī medio. ¶Medium qđ eſt de principio & fine: conſiſtit ī medio. ¶Principium et finis: ſunt per totū medium quod eſt ex ipſis. ¶Subſtantia: eſt medium formæ & materiæ. ¶Si forma & materia non haberent medium ſubſtantiale: ex ipſis ſubſtantia non reſultaret. ¶Nullum medium accidentale eſt ita magnum: ſicut ſubſtantiale. ¶In magnitudine extremitatum: eſt magnitudo medii. ¶Medium quod eſt inter bonitatē & magnitudinem & alia principia: tranſit in tertio numero. ¶Magnitudo remotior eſt a paruitate in ſuo medio: q̄ ī ſuis extremitatibꝰ. ¶Medium quod eſt de principio & fine: ita propinquum eſt vni ſicut alii. ¶Qui impedit medium principio: impedit fini. ¶Per priuationem medii: eſt priuatio finis. ¶Medium per prĩcipiū habet laborē & per finem habet quietē. ¶Mediū accidentale: eſt ex ſimilitudinibus. ¶Inter illud quod eſt itra & extra: oportet eſſe medium. ¶Omnis virtus: conſiſtit in medio plurium.

De fine. Rub. XVIII.

FInis: eſt id in quo principium quieſcit. ¶Quia finis eſt vltima forma: eſt quies primarum. ¶Nihil eſt magis perfectum: q̃ finis. ¶Si finis non eſſet ſubſtantia: eſſet ſubſtantia magis perfecta q̃ finis. ¶Si finis non eſſet ſubſtantia: eſſet maior quies per accidens q̃ per ſubſtantiam. ¶Si finis non eſſet ſubſtantia: poteſtas poſſet plus de accidēte q̃ de ſubſtantia. ¶Nullus finis: eſt malus. ¶Si aliquis finis eſſet malus: bonitas in ipſo quietem habere non poſſet. ¶Malus finis: eſt priuatio boni. ¶Priuatio finis: non eſt aliquid poſitiuum. ¶Si priuatio finis eſſet aliquid: eſſe & priuatio eſſent vnum & idem. ¶Priuatio finis: eſt vacuitas principii & medii. ¶In priuatione finis: conſiſtunt omnia mala. ¶Per magnũ finem: magnum principium. ¶Nullus finis eſt maior: q̃ ille finis qui eſt de fine. ¶Sicut deus eſt primũ principium: ita eſt vltimus finis. ¶Vltra finem: non eſt aliqua perfectio. ¶Omne illud qđ eſt ante: eſt per finem conſeruatũ. ¶Omnes miſſę: ſunt in fine. ¶Nihil eſt propinquius infinito q̃ finis.

De maioritate. Rub. XIX.

MAioritas: eſt imago infinitæ bonitatis dei/ & magnitudinis/ æternitatis/ poteſtatis/ ſapientiæ & aliarũ. ¶Omnis maioritas: eſt ſimilior infinitati q̃ minoritas. ¶Nihil eſt maius: q̃ maioritas. ¶Omne id qđ maius eſt: maius eſt per maioritatem. ¶Bonitas ita magna eſt per maioritatem: ſicut maioritas bona eſt per bonitatem. ¶Omnis magnitudo: maiorem habet concordantiã cũ maioritate q̃ cum minoritate. ¶Maioritas ita habet concordantiã cũ eſſe: ſicut minoritas cũ non eſſe. ¶Per maiorem bonitatem: conſiſtunt maior magnitudo/ duratio/ poteſtas/ & ſapientia. ¶Sine maioritate: omnes res eſſent æquales. ¶Nullus gradus comparationis: eſſet ſine maioritate. ¶Nullum ens quod eſt de maioritate: poteſt eē de minoritate. ¶Sine maiorificare: nihil eſſet maius. ¶Si maioritas non eſſet ſubſtantia: non eſſet ſubſtantia maior q̃ accidens. ¶Subſtantia & maioritas habent con-

cordantiam:& accidens & minoritas. ¶Si maioritas nō eſſet ſubſtantia:non poſſet eſſ maior concordātia.¶Maioritas accidentis:eſt ſimilitudo maioritatis ſubſtātialis. ¶Si vna ſubſtātia poteſt eſſe maior q̄ alia per maioritatem accidētalē:quāto plus per ſubſtantialē? ¶Secūdū maiorē finē:eſt vna ſubſtātia maior q̄ alia.¶Quāto ſubſtantia eſt de pluribus rebus & maioribus q̄ alia:tanto maior eſt alia. ¶Maior eſt ſubſtantia per bonitatem in homine:q̄ per extenſionem in equo.

De æqualitate. Rub.XX.

Aequalitas:eſt ſubiectū finis concordātię in qua quietem habent bonitas/magnitudo/duratio/& reliquę. ¶Per æqualitatem: concordant plura ad vnū eūdē finem.¶Aequalitas:nō requirit maioritatē neq̧ minoritatē. ¶Sine æqualitate ſubſtātiali: non poſſet eſſe æqualitas in maiori maioritate. ¶Maior æqualitas poteſt eſſe de maioribus ſubſtātiis q̄ de minoribus:& de maioribus accidentibus q̄ de minoribus.¶Aequalitas accidētalis:eſt ſimilitudo ſubſtātialis.¶In æqualitate accidētali:ſubſtantię quietem habere non poſſunt.¶In æqualitate ſubſtātiali: habent ſubſtātiæ quietē. ¶Maxima æqualitas ſubſtantiæ:conſiſtit per formā & materiam. ¶Maxima æqualitas bonitatis:conſiſtit per æqualē bonificātem bonificabilē & bonificare. ¶Maxima æqualitas bonitatis & magnitudinis:conſiſtit per earum ſubſtantialitatē. ¶Aequalitas ſubſtantiarum:eſt pars illarum. ¶Si æqualitas ſubſtantiarum non eſſet pars ipſarum: non eſſent per omnes ſuas partes æquales.¶Abſq̧ ſubſtātiali æqualitate:nō poteſt aliqua ſubſtātia habere ſubſtantiales partes æquales.¶Abſq̧ æqualitate accidētali: nō poteſt aliqua ſubſtātia habere partes æquales accidētales. ¶Abſq̧ æqualitate actuū ſubſtantialiū:nō poteſt æqualitas eſſe quies cōcordātię eorū. ¶In æqualitate ſubſtātiali:ſubſtantiales actus quietem habent. ¶Cum maiori æqualitate ſubſtantiarū:attingitur maior finis. ¶Ex maiori æqualitate:maior concordantia. ¶Abſq̧ æqualitate: neq̧ genera neq̧ ſpecies poſſent eſſe.

De minoritate. Rub.XXI.

Minoritas:eſt ens circa non eſſe.¶In minorificãdo:habet ſubſtantia inclinationem ad corruptionem. ¶Si minoritas non eſſet: nullum ens haberet quo eſſet maior maioritas. ¶Maioritas & minoritas: ſe habẽt relatiue. ¶Relatio partiũ ſubſtant: aliũ maior eſt & magis neceſſaria: q̃ partium accidentalium.¶Si nulla minoritas eſſet pars ſubſtantialis:nõ eſſet aliqua pars ſubſtantialis maior q̃ alia. ¶Si minoritas nõ eſſet:omnes res eſſent prope nõ eſſe ꝑ æqualitatẽ.¶Ex minori potẽtia: eſt minor actꝰ. ¶Ex minori ſubſtãtia: minor virtus.¶Poſt minoritatem: ſunt maioritas & æqualitas.¶Ante minoritatẽ:cõſiſtit nihil. ¶Facies minoritatis:eſt penes nõ eſſe.¶Non eſſe:eſt centrũ minoritatis. ¶In minoritate:finis attingi nõ poteſt.¶Quãto minoritas maior eſt:tanto eſt minor.¶Nulla minoritas boni: ẽ deſiderabilis.¶Nihil eſt minus:q̃ ocioſitas. ¶Quãto peccatũ maius eſt:tãto ſubiectũ eius eſt minus.¶Quia maioritas mali eſt mala:minoritas mali eſt bona. ¶Omnis minoritas naturalis:eſt bona.

De genere. Rub.XXII.

Genus:eſt ens qđ nõ habet niſi partes generales.¶Genus:eſt id per qđ principia ſunt generalia.¶Sine genere:ſpecies eſſe nõ poſſent. ¶Sine genere:nõ poſſet eſſe generalis bonitas ad plura.¶Si nõ eſſet gñalis bonitas:ex pluribus bonitatibus nõ poſſet eſſe vna. ¶Quia gñalis bonitas eſt:plures bonitates ſe habẽt ad cõmunẽ.¶Cõmunis bonitas eſt ĩ ſubſtãtia:q̃ eſt ex pluribꝰ bonitatibꝰ.¶Abſq; bonitate gñali:bonitas ex bonitate eſſe nõ poſſet. ¶In gñali bonitate: ſunt ſeminatę plures ſpecificę bonitates. ¶Si genꝰ nõ eẽt ens ſubſtãtiale:ex ipſo ſubſtãtiæ eẽ nõ poſſent.¶Quia genꝰ eſt p̃ſentiũ:ex ipſo ſunt ꝑtes generales. ¶Si forma & materia non eſſent partes generales:genus eſſe nõ poſſet. ¶Altius cõſiſtit genus per formam:q̃ per materiam. ¶Abſq; genere:in natura non poſſet eſſe generalis finis.¶Omnis finis generalior eſt per formam: q̃ per materiã. ¶Quia genus accidẽtale ſuſten-

tatum eſt in ſubſtantiali:ſunt accidentia ſuſtētata in ſubſtantiis.❡Genus eſt ens ita cōfuſum:ſicut chaos.❡In genere ſeminata ſunt corpora:q̄ nō ſunt ſub ſpeciebꝰ.❡Genus:eſt fons ſpecierū.❡Quia genꝰ figurā nō habet:videri nō pōt neq̄ tangi.

De ſpecie. Rub.XXIII.

SPecies: eſt ens nō habens niſi partes ſpeciales.❡Indiuidua:ſunt partes ſpeciales ſpeciei.❡Quia ſpecies eſt de genere:eſt principiū generale.❡Species ſubſtātiales ſunt de genere ſubſtātiali:& accidētales de genere accidētali.❡Oīs ſpecies:ꝓpinquior eſt fini q̄ genꝰ. ❡Si ſpecies nō eſſet:indiuiduū nō eſſet. ❡Species:tāgi nō poteſt aut videri. ❡Participatio pluriū:maxīa eſt ꝑ ſpeciē.❡Quia ſpēs eſt principiū generale:nulla ſpecies eſt de alia. ❡Ex nobiliori ſpecie:nobiliores ptes.❡Si ens reale nō eſſet ī ſpecie:nō haberet ī quo eſſet. ❡Species quæ eſt ex ſimilitudinibus: non eſt ens reale. ❡Abſq̄ ſpecie phantaſtica:imaginatio actū nō haberet. ❡Intelligis illā ſpeciē: ꝑ quā obiectū intelligis.❡Ex obiecto:ſimilitudinę trahis & facis ſpeciē.❡Quia ſpecies generalis ſentiri non poteſt:ipſam imaginari non potes.❡Influētia ſpecierum: conſiſtit in productione ipſarū de potētia in actū. ❡Poteſtas dei tantū:ſpeciē creare poteſt.❡Species leonis nobilior eſt ꝑ poteſtatē:& ſpecies equi propter vtilitatem. ❡Species artificialis:eſt ſimilitudo ſpecies naturalis.

Dd indiuiduo. Rub.XXIIII.

INdiuiduum:eſt pars ſpecialis quæ diuidi nō poteſt. ❡Indiuiduū:eſt finis hic inferius in quo naturæ abſtractę quietē habēt.❡In īdiuiduo:aggregātur fines principiorū generaliū.❡Quoniā albedo in ſpecie eſt indiuiſibilis:eſt indiuiſibilis in indiuiduo qđ eſt albū. ❡Ita eſt indiuiduū ex pluribus indiuiduatis: ſicut eſt vna pars cōmunis ex pluribus ſimplicibus.❡Indiuiduū diuidi nō pōt:qa eſt ex indiuiduatis.❡Indiuiduū diuidi nō poteſt:quia in ipō eſt vltima forma.❡Si vltra indiuiduū eſſet diuiſibilitas:oēs naturæ ex quibus eſt/eſſent diuiſibiles.❡Quia indiuiduū eſt vltimu

terminꝰ:eſt omne de quo eſt ex primis terminis. ¶Vltra indiuiduũ:differẽtia ſuũ actũ nõ extẽdit. ¶Indiuiduũ:incipit ſuperius & cõſiſtit inferius. ¶Vltra id qđ eſt ſuperius & ĩferiꝰ: nõ eſt aliquid. ¶In indiuiduo:oẽs fines naturales poſſidẽtur. ¶Indiuiduũ:eſt cõplemẽtũ oĩm rerũ. ¶Oĩa ſupiora principia eſſent vacua:ſi indiuiduũ nõ eſſet. ¶Ante indiuiduũ extẽdit motus:& non poſt. ¶Indiuiduũ:eſt cẽtrũ oĩm actuũ naturaliũ. ¶Nobilitas indiuidui:facit nobilitatẽ ſpeciei. ¶In qualibet ſpecie:ſunt indiuidua ſeminata in potẽtia. ¶Id ꝓpter qđ Martinus eſt nobilius induiduũ q̃ ſuus equus:eſt quia in ſua ſpecie ſeminati ſunt nobiliores fines q̃ in ſpecie ſui equi.

De forma. Rub. XXV.

FOrma:eſt domina materiæ. ¶Forma:eſt potẽtia quę propriã habet motiuitatẽ. ¶Bonitas formæ:incipit per bonificatiuitatẽ. ¶Bonificare:eſt actus bonæ formæ. ¶Bonitas naturalis:eſt forma cõmunis per bonificans & bonificabile. ¶Id ꝓpter qđ bonitas forma appellat̃:eſt qa materia nõ eſt ita ꝑpe finẽ ſicut forma. ¶Ex pluribus formis abſtractis:trahit agẽs naturale vnã cõmunẽ formã. ¶Ex indiuiduo: forma ſimplex cũ ſuo ente cõuertitur/ & cũ ſua vnitate/& cũ parte ſuæ ſpeciei. ¶In bonitate:conuertũtur bonificatiuũ & ſuũ ens/& ſua vnitas/& ſua pars. ¶In forma cõmuni ex pluribus cõſtituta:aggregatur ens cũ ente/& vnitas cũ vnitate/& pars cũ parte. ¶Quia forma cõmunis eſt aggregatio partiũ actiuarũ:ſunt in ipſa plures rationes actiuę. ¶In generibus & ſpeciebus: eſt cõmunis forma & prima aggregata de primis principiis generalibus. ¶In prima & generali forma:ſeminatę ſunt formæ indiuiduę/quæ expectant agẽtia naturalia. ¶Rationes reales primæ formæ:expectãt habere actus in formis ſeminatis ꝑ agẽtia naturalia. ¶In quãtũ differẽtia diuidit genꝰ in plures ſpecies: ſeminat in ipſis plures formas in potentia. ¶Ideæ mouẽt differẽtiã ad ſeminãdũ formas naturales:quæ ſunt earũ ſimilitudines. ¶Differẽtia ſeminat & diſponit formas in prima forma: & ex ipſa ipſas trahit/ & in illa ipſas di-

mittit.¶Seminare qđ facit differentia ex formis ſeminatis in potentia:iuuant ideæ/& rationes generalis formæ. ¶Forma ſeminata & producta in potẽtia:eſt per ſuam ideam impreſſa in generali forma.¶Inſtrumenta ideæ quæ in generali forma ſuam imprimit ſimilitudinem: ſunt differentia/& alia principia tabulæ generalis.

De materia. Rub.XXVI.

MAteria: eſt ſubiectũ paſſiuũ quod eſt per formã poſſeſſum.¶Materia:eſt potẽtia quæ propriã habet mobilitatẽ.¶Sola materia:eſt materiabilis.¶Principia primę materiæ:ſunt primæ rationes paſſiuæ.¶Ex bonificabilitate/magnificabilitate/durificabilitate/ & ex aliis primis & paſſiuis rationibus:eſt prima materia cõſtituta. ¶Generalis materia eſt prima:quia eſt de primis rationib⁹. ¶Prima materia eſt generalis:quoniã eſt ex generalib⁹ ratiõibus.¶Tota generalis materia:eſt paſſiua ſub generali forma. ¶Quia corp⁹ nõ põt eſſe ſine materia:differẽtia diuidit gen⁹/& ex paſſione illius facit plures paſſiuas ſpecies.¶In ſpecieb⁹:ſeminatę ſunt plures idiuiduę paſſiones in potẽtia.¶Quęlibet idea ꝓcurat ſimilitudini ſuę materiã in potentia: vt illa ſimilitudo poſſit eſſe.¶Differẽtia trahit indiuiduas materias ex prima materia:& in illa ipſas ſeminat i potẽtia.¶Ideæ & rationes generales:mouẽt agens naturale ad ꝓducẽdũ ſuppoſita ex formis & materiis q̃ ſeminata ſunt in potẽtia. ¶Agentia naturalia:ſe mouent ad producendũ ſuppoſita naturalia per influentiam idearum/& per naturã generaliũ principiorũ.¶Omnis materia: requirit diſpoſitionem & proportionem partium. ¶In vnitate materiæ participant firmamẽtum & elementa: vt in productione ſuppoſitorũ ſit magna diſpoſitio & proportio. ¶In omni ſuppoſito:eſt concordantia plus per formam q̃ per materiam.¶Ex corruptione materię:ſequitur corruptio formæ. ¶Quia materia poteſt eſſe ſub pluribus formis:magnũ habet appetitum.¶Intenſe maior appetitus eſt per formam: & extenſe per materiam.

De ſubſtantia Rub.XXVII.

SVbſtantia:eſt ens per ſe ſtans/ſine quo accidēs non 1
habet in quo ſuſtineri poſſit. ¶ Quia ſubſtantia eſt
ex materia & forma:per ſeipſam poteſt eſſe. ¶ Quia
ſubſtantia eſt finis accidentis:accidēs ſine ipſa eſſe non poteſt
¶ Totus mūdus:eſt vna ſubſtātia generalis. ¶ Subſtātialis bo 5
nitas & ſubſtantialis magnitudo & aliæ partes:ſunt partes &
principia ſubſtantiæ generalis. ¶ Ex ſubſtantia generali:ſunt
plures ſubſtantiæ ſpeciales. ¶ Generalis ſubſtantia eſt ex par-
tibus groſſis:& ſubſtantia ſpecialis eſt ex partibus minutis.
¶ Subſtantiæ ſpeciales ita ſunt in generali:ſicut ſunt piſces in
aqua. ¶ Planta eſt ſubſtantia ſpecialis:& ita viuit de generali 10
ſicut homo de aere/& piſcis de aqua. ¶ Ille ſubſtantiæ quæ ha
bent partes magis paruas:ſūt magis paruæ. ¶ Omnis ſubſtā
tia corporalis:eſt ex generali ſubſtantia. ¶ Deus/angeli & aīæ
ſunt ſubſtantię incorporales. ¶ Subſtātia angeli:& ſua ſpecies
conuertuntur. ¶ Omnis ſubſtantia:eſt inuiſibilis. ¶ Nul- 15
lus ſenſus:ſubſtantiam attingit:ſed eius accidentia. ¶ So-
la ſubſtantia:eſt ſubiectum potentiarum ¶ Nulla potētia: ha
bet ſuum actum extra ſubſtantiam. ¶ Indumenta naturalia
ſubſtantiæ & inſtrumenta:ſunt accidentia. ¶ Nulla ſubſtan-
tia creſcit in ſuo numero:ſed creſcit per crementum ſuarum
partium. ¶ In cremento ſubſtantiæ: ſua accidentia creſcunt. 20

De accidente Rub.XXVIII.

ACcidens:eſt id quod in ſe non habet ſuū eſſe/ſed ipm 1
habet in ſubſtantia. ¶ Si accidens per ſe ſuū eſſe habe
ret:in ſe eſſet ſuſtentatum. ¶ Nullum accidens: eſt
propter ſuum finem. ¶ Si accidens eſſet propter ſuum fi-
nem: haberet in ſeipſo quietem. ¶ Accidens eſt ita pro- 5
pe non eſſe:ꝙ non habet materiam. ¶ Si accidens in ſe ma-
teriam haberet:eſſet in ſe ſuſtentatum. ¶ Non eſt aliquid ita
paruum ſicut accidēs. ¶ Ita paruū eſt accidens:ꝙ per ſe nō ha
bet eſſe. ¶ Nullum accidens:eſt ſubſtātia eſt materialiter. ¶ Si 10
accidens eſſet pars ſubſtantialis:eſſet ſubſtantia in ipſo ſuſtē-

tata. ¶Accidentia: ſunt concreata inſtrumenta ſubſtantiæ. ¶In creatione ſubſtantiæ: concreata ſunt eiꝰ accidētia. ¶Actꝰ accidentium concreati ſunt ī ſubſtantia: in potentia. ¶Sola ſubſtantia: mouet accidens. ¶Per motum accidētium: eſt mota ſubſtantia. ¶Actus accidentium naturales: mouent inſtrumenta artificialia. ¶Accidentia moralia: ſunt ſimilitudines naturalium. ¶Id qđ accidit eſt accidens: & id in quo accidit ē ſubſtantia. ¶Accidens adeo paruam habet entitatem: ꝙ ex ipſo eſſe & eſſentia eē nō pōt. ¶Si accidēs haberet eē & eſſentiā, æqualis eſſet ſubſtantiæ.

De quantitate. Rub. XXIX.

QVantitas: eſt id quo ſubſtantia ſe extendit ac eſt extenſa. ¶Ita eſt quantitas ſupra extenſionem: ſicut color ſupra ſuperficiem. ¶Simplex q̄titas: eſt de ſimplici ſubſtantia. ¶Compoſita quantitas: eſt de compoſita ſubſtantia. ¶In ſubſtantia compoſita: aggregantur plures ſimplices quantitates. ¶Ad componendam ſubſtantiam: venit quęlibet pars ſubſtantialis cum ſua propria quantitate. ¶Nulla quantitas: videri pōt. ¶Si quantitas eſſet viſibilis: conuerteret cū colore. ¶Intellectꝰ cū imagiatiōe: q̄titatē attīgit. ¶Nullus actꝰ ſenſus eſt ita ꝑpe quantitatē: ſicut tāgere. ¶Si tactus q̄titatē attingeret: durities & quātitas cōuerterent̄. ¶Quātitas non ponderat: ſed ſubſtantia ponderat cum quantitate. ¶Quantitas non ē æqualitas: ſed ſubſtātiæ æquales ſunt per quantitatē. ¶Quantitas diſcreta: eſt numerus vnius ſubſtantiæ. ¶Subiectum continuę quantitatis: eſt extēſitas. ¶Linea: eſt figura quantitatis. ¶Nulla figura eſt ita ſimilis quantitati: ſicut numerus numeratus. ¶Nullus numerus numeratꝰ: cum quantitate naturali conuertitur. ¶Nulla quantitas ſpiritualis: eſt imaginabilis. ¶Nulla ſubſtantia ſpiritualis: extenſa eſt quantitate.

De qualitate Rub. XXX.

QValitas: eſt id per quod numerus & terminus eſt q̄lis. ¶Bonitas: per ſuum numerum eſt qualis/ & magnitudo ſimiliter. ¶Termini magnitudinis: ſunt ꝑ

qualitatem quales. ¶In magnitudine: eſt vnum quale magnificans/& aliud quale magnificabile/& aliud quale magnificare. ¶Eſt vna generalis qualitas:ad plures qualitates ſpeciales. ¶Per qualitatem generalem:principia generalia ſunt qualia ¶Per qualitatē ſpecialem:ſunt ſpecies quales. ¶Vnum quale: eſt per qualitatem propriam/& aliud per appropriatam. ¶Differentia:oſtendit cum qualitate/qualis eſt res. ¶Ita eſt oſtenſum quale cum qualitate: ſicut numerus numeratus cum quantitate. ¶Nulla qualitas:eſt viſibilis. ¶Si color & q̄litas cōuerterētur:omnia qualia eſſent viſibilia. ¶Nulla propria qualitas:ſuum proprium ſubiectum dimittit. ¶Sicut ſubſtantia menſurat quantitate:ita qualificat qualitate: ¶Id propter quod frigiditas & qualitas non conuertuntur: eſt quia frigiditas eſt qualis per qualitatem/& calor ſimiliter. ¶Sicut bonitas eſt vera per veritatem: ita calor & frigiditas ſunt quales per qualitatem. ¶Ignis calefacit calore: & calefactum determinat qualitate. ¶Finis qualitatis non eſt calefactum:ſed quale calefactum. ¶Qualitas:eſt vnum idem inſtrumentum ad plures potentias. ¶Ignis poteſt per calorē plura calefacere:ſed ſine qualitatē plura eſſe non poſſent.

De relatione Rub. XXXI.

Relatio: ē neceſſitas vni⁹ per alterū ſignificata. ¶Omnis relatio:eſt de proprio & communi. ¶Relatio ꝓprietatum:eſt de duobus. ¶Si pater eſt:filius eſt. ¶Si cauſa eſt:oportet ꝙ effectus ſit. ¶Relatio eſt:inq̄tū vnū eſt de alio. ¶Relatio eſt:inq̄tum vnum eſt per aliud. ¶Relatio eſt:inq̄tum vnum non eſt ſine alio. ¶Amare:eſt communis relatio amantis & amabilis. ¶Aequalitas:eſt communis relatio plurium. ¶Illa relatio eſt ſubſtantialis:in qua æqualiter fines conuertūtur. ¶Deus pater eſt per ſuum filiū:& deus filius ē per ſuum patrem. ¶Relatio ſubſtantialis eſt:inq̄tum vnum eſt de alio. ¶Deus filius:eſt de ꝓeo patre. ¶Relatio communis

eſt ſubſtantialis: cũ conuertitur in eſſentia cum illis ex quibꝰ exit. ¶Deus ſpiritus ſanctus: cõuertitur cũ eſſentia patris & filii. ¶Si relatio non eſſet ens poſitiuum: non eſſet neceſſitas naturalis vnius per aliud ſignificata. ¶Similitudo & neceſſitas quas intellectꝰ trahit ex patre & filio: eſt relatio accidentalis. ¶Ex bonificatiuo & bonificabili quod eſt extra/& ex eorũ bonifcare: conſiſtit relatio accidentalis. ¶Ex æqualitate rerũ differentium per eſſentiam: conſiſtit accidentalis relatio.

De actione. Rub. XXXII.

ACtio eſt actus agentis: & paſſio patientis. ¶Subſtantialis actio: eſt illa in qua agens de ſua eſſentia productum producit. ¶Ex ſubſtantiali actione: ſubſtantialis paſſio. ¶Ex actione & paſſione bonitatis: ſequitur bonum. ¶Actio eſt inſtrumentum formæ: & paſſio eſt inſtrumentum materiæ. ¶Omnis actio & paſſio extra eſſentiam agentis & patientis: ſunt accidentales. ¶Ex finito: non poteſt eſſe æterna paſſio. ¶Generatio: eſt ex ſubſtantiali actione & paſſione. ¶In tranſmutatiõe ſpeciei: oportet ꝙ ſit ſubſtãtialis actio & paſſio. ¶Actio mallei & paſſio claui: eſt accidẽtalis. ¶Si malleus de ſeipſo clauũ faceret: eiꝰ actio & paſſio in faciẽdo clauũ ſubſtantiales eſſent. ¶Motus: eſt figura/in qua apparent actio & paſſio. ¶Guſtus actionẽ attingit per dulcedinem: & paſſionem per amaritudinem. ¶Potentia trahit ex obiecto ſimilitudinem: per quam ſe mouet ad paſſionem aut ad actionem. ¶Si non eſſent actiones & paſſiones ſubſtantiales: non affectarent in ſubſtantiis. ¶Propter actionem finis: ſunt plures paſſiones ¶Per maiorem paſſionem: conſiſtit maior diſpoſitio formæ. ¶Omnis bona paſſio: eſt deſiderabilis. ¶In amore: actio & paſſio ſunt æquales. ¶Malæ paſſiones huius mundi: ſunt figuræ paſſionum inferni.

De habitu. Rub.XXXIII.

HAbitus:eſt indumentũ potentiæ. ¶Per bonitatem: bonũ habet in habitu bonificare. ¶Nulla potentia: per ſuã diſpoſitionẽ ſine diſpoſitione alterius habituare poteſt. ¶Sine diſpoſitione intelligibilis: intellectus non habet in habitu intelligere. ¶Intellectus intelligẽdo: ſe induit intellectione. ¶Intellectus colligit habitus extra: & ipſos ĩtra ponit. ¶Habitus ſubſtantiæ deſiderabilior eſt: q̃ habitus accidẽtis. ¶Si nõ eſſet habitus ſubſtãtialis: nulla pars ſubſtãtialis alia eſſet induta. ¶Habitus artificiales: ſunt imagines naturaliũ. ¶Nullus actus: eſt ſine habitu. ¶Ex ſimilitudine obiecti: fit habitus potentiæ. ¶Si obiectũ haberet motũ potentiæ: in habitu eſſet obiectũ & potẽtia. ¶Sicut actiua potentia ſuum habitũ habet per actionẽ: ita paſſiua potẽtia ſuũ habet habitũ per paſſionẽ. ¶Per finẽ: ſunt habitus actiui & paſſiui. ¶Habitus ſciẽtiæ colligitur intra: & influitur extra. ¶Per ignorantiã: priuatur intellectus ſuo habitu. ¶Habitus volũtatis cõſiſtit per amare. ¶Et habitus memoriæ: per recolere. ¶Planta & leo: habent in habitu generare. ¶Si intellectus in habitu haberet ignorare: non eſſet ignorantia ex priuatione: & in intellectu conuerterentur ens & nonens.

De ſitu. Rub.XXXIIII.

SItus: eſt ſituatio ex qua exit figura. ¶Bonitas ſituata eſt in bonificãte / bonificabili / & ĩ bonificare. ¶Ex ſituatione bonitatis: exit figura trianguli. ¶Bonitas ſituata eſt in magnitudine: inquãtũ eſt magna per ipſam. ¶Bonificare: ſituatũ eſt in bonificante & bonificabili. ¶In potentia elemẽtatiua ſituata eſt vegetatiua: & in vegetatiua, ſenſitiua. ¶Actus potentiarũ: ſituati ſunt in ſpeciebus. ¶In intelligere: ſituati ſunt plures actus potẽtiarum. ¶In intelligere: eſt vna figura quæ eſt ex intelligere / & alia quæ eſt de verificare: & alia quæ eſt de poſſificare. ¶Similitudo obiecti: ſituata eſt in potẽtia quæ ipſam accipit. ¶Ex ſituatione ſolis: exit figura circularis. ¶Situatio elemẽtorũ: conſiſtit per figuram

quadrangularem. ¶Concordātia & contrarietas elemētorū: ſituatę ſunt per triāgularē figurā. ¶Nulla ſituatio eſt maior: q̃ illa quę eſt de vna parte in alia. ¶Situatio: maxime requirit diſpoſitionē & proportionē. ¶Actus imaginationis: ſituationem accipit per colorē & figurā. ¶Quilibet ſenſus: ſuā ꝓpriā ſituationem habet in ſuo actu. ¶In guſtare eſt ſapor ſituatus: & econuerſo. ¶In perfectione finis: ſituatæ ſunt perfectiones illorum qui ipſum deſiderant. ¶In nulla priuatione: conſiſtit ſituatio.

De tempore. Rub. XXXV.

TEmpus: eſt figura æternitatis a parte poſt. ¶Tēpus: eſt inſtrumentū quo ſubſtantiæ principiatæ ſunt & motę. ¶Omne id qđ eſt in tēpore principiatū: æuiternaliter erit principiatū. ¶Motus: abſq; tēpore principiari nō poteſt/ neq; durare. ¶Quoniā tēpus eſt indiuiſibile: nō eſt motū. ¶Omne qđ mouetur: in tēpore mouetur. ¶Tempus: in ſe habet ſubſtantias & accidentia præterita & præſentia. ¶Subſtātię & formę futurę: ſunt cū tēpore cōcreatę. ¶Formę quæ ſunt in potētia: ſunt in facie temporis/ & cū ſunt in actu ſunt ī medio/ & cū ſunt corruptę ſunt retro. ¶Sola æternitas: eſt quæ illud qđ habet in ſe eſt ante tempus. ¶Omnis poſſibilitas: eſt in tempore. ¶Si poſſibilitas eſſet anteq̃ tempus: eſſet motus in potentia extra tēpus. ¶Ex tēpore: non poteſt eſſe aliquid. ¶Si ex tempore poſſet eſſe aliquid: eſſet tēpus ſubſtātia. ¶Tempus principiare poteſt: ſed cōſumere non. ¶Si tempus conſumere poſſet id qđ eſt principiatū: eſſet principiatum & nō principiatū. ¶Quia nullus ſenſus tempus attingit: ipſum imaginatio imaginari non poteſt. ¶Præteritum pręſens & futurum: ſunt figuræ & ſimilitudines temporis. ¶Sicut extenſio eſt ſubiectū quantitatis in ſubſtātia: eſt tēpus in ſubſtātia ſubiectum motus. ¶Tempus qđ eſt vna pars mūdi: incœpit in principio/ & principium incœpit in illo.

De loco. Rub. XXXVI.

LOcus:eſt id per quod vnum ens poteſt eſſe in alio. 1
¶Deus locum creauit:& in ipſo oẽs res collocauit.
¶Sicut agens motu mouet:iſta collocat loco. ¶Nul
lus ſenſus locũ attingit:ſed figuram eius.¶Figura loci:eſt ex 5
continente & contento.¶Sicut intellectus attingit obiectum
per ſpeciem:ita locum attingit per figuram. ¶Sicut quãtitas
extenſa eſt per ſubſtantiã:ita locus extenſus eſt p figurã. ¶Ita
ſunt ſubſtantiæ in loco:ſicut indiuidua in ſpecie. ¶Qui con-
fert locatum ad locum:confert perfectibile ad ſuam pfectionẽ
ideo ſolus deus non eſt in loco.¶Subſtantiæ corporali tant ũ: 10
eſt locus neceſſarius.¶Locus non eſt in ſeipſo:ſed in ſubſtan-
tiis.¶Exiſtentibus ſubſtantiis in loco:eſt locus in illis.¶Sicut
corpus eſt in colore/ & color in corpore; ſic eſt corpus in lo-
co/& locus in corpore.¶Locus non creſcit; ſed corpus in ipſo
creſcit.¶Locus quo ad ſe:non eſt diuiſibilis.¶Si loc⁹ eſſet diui 15
ſibilis:eius diuiſibilitas non eſſet in loco. ¶Solus deus:eſt in
loco & extra locũ. ¶Sicut eſt ĩpoſſibile ꝙ creatura ſit extra tẽ
pus:ita eſt ĩpoſſibile ꝙ ſit extra locũ.¶Nullus loc⁹:poteſt eſſe
ſine corpore. ¶Si locus poſſet eſſe ſine corpore:poſſet eſſe va 20
cuitas in natura.

De proprio. Rub.XXXVII.

PRoprietas:eſt id qđ ad vnũ ptinet & nõ ad aliud.¶Si 1
cut calor eſt proprietas ignis:ita & multo meli⁹ crea
re eſt proprietas dei.¶Sicut ignis ſuũ calorẽ appro-
priat aeri:ita de⁹ virtute verborum ſuam poteſtatem appro
priat preſbytero in ſacramento altaris/& in cæteris ſacramẽ-
tis ¶Proprietas appropriata:eſt imago propriꝗ. ¶Per ꝓpriã 5
proprietatẽ & appropriatã:participãt quædam ſubſtãtiæ cũ
aliis.¶Per differentes proprietates: ſunt quædam ſubſtantiæ
differẽtes ab aliis. ¶Quia calor ſpectat ad ignem/& hũiditas
ad aerem:ſunt ignis & aer eſſentiæ differentes. ¶Quia ignis
ſuum calorẽ aeri appropriat; inuicem habẽt cõcordantiam.
¶Quia ignis & aqua ſunt cõtraria per calorẽ & frigiditatẽ:
cõtrariãtur p ſubſtantias.¶Sicut ignis diffinitur p ſuũ pro- 10

priũ calorem: ita diffinitur hõ p ſuum ridere. ¶Proprietas ẽ inſtrumentum: quo differentia diuidit genera ĩ ſpecies. ¶Ex communi proprietate: deſcendunt plures ſpeciales proprietates. ¶Proprietates indiuiduorum: deriuantur ex proprietatibus ſpecierum. ¶Quia ignis ſuum calorem dat aeri: ſunt p pe calor et humiditas quæ eſt proprietas aeris. ¶Per contrarias proprietates: q̃dã ſubſtãtię ab aliis elõgant. ¶In creaturis: omnis proprietas eſt naturalis. ¶Proprium eſt maſculo generare: & proprium eſt fœminæ cõcipere. ¶Ex proprio & appropriato: eſt communis proprietas. ¶Appropriare eſt communis proprietas appropriãtis & appropriabilis: vt calefacere calefacientis & calefactibilis. ¶Quælibet potentia naturalis: habet ſuum proprium actum.

De cõuerſione. Rub. XXXVIII.

COnuerſio: ẽſt id p q̃d diffinitio & diffinitũ cõuertũt. ¶De⁹: cõuertit cũ ĩfinitate & æternitate: rõ̃es aũt ſo lius dei cõuertũt. ¶Si ĩ deo bõitas & magnitudo nõ cõuerterẽt: bonitas accidẽtaliter eẽt magna p magnitudinẽ/ & magnitudo bona p bonitatẽ. ¶Quia ĩ deo ptãs/ſapiẽtia/& volũtas cõuertũt: põt cẽ illud q̃d ſcit & diligit: & ſcit totũ q̃d põt & diligit: & diligit q̃tũ põt & ĩtelligit. ¶Si ĩ creaturis poteſtas/ſapiẽtia/& volũtas cõuerterẽt: creata volẽdo ſe eẽ deũ poſſet eẽ de⁹. ¶Oĩs nũer⁹ ẽ ſcibilis: & oẽ bonũ ẽ amabile. ¶Si ptãs cõuerteret cũ ĩtellectu & cũ volũtate: poſſificaret tm̃ ſciendi actiuitatẽ ꝙ attigeret oẽm ſcibilitatẽ/& tm̃ amatiuitatẽ mltiplicaret ꝙ diligeret oẽ illud q̃d bonũ eſt. ¶Si ĩ cõuerſiõe intellect⁹/volũtas & ptãs nõ cõuerterẽt: volũtas poſſidere nõ poſſet & habere oẽ illud q̃d ſciret ĩtellect⁹: & eſſent diſtictę & non diſtinctæ motiones. ¶Ex conuerſione poteſtas & intellectus voluntatis; ſequuntur actus infiniti. ¶In conuerſione: poteſtatis/magnitudinis & durationis magnificat & producit magnificans magnificatum quod eſt poteſtas ipſius magnificare & magnificabilis q̃diu durat conuerſio.

¶Si bonitas & magnitudo conuerterẽtur: actus bonitatis

nō poſſet eſſe paruus/nec actus magnitudinis malus. ¶Si po
teſtas & veritas conuerterētur:falſitas per poteſtatem eſſe nō
poſſet/& eſſet q̄uis eſſe non poſſet. ¶Si potentia & obiectum
conuerterentur:actus non eſſet ex ipſis.¶Si bonitas & magni
tudo conuerterentur/& paruitas & bonitas:foret vna boni-
tas contra aliam/& magnitudo & paruitas vnam eandem ſpe
ciem haberent.¶Si bonitas & virtus in homine cōuerterenť: 15
nemo cum vicio participare poſſet.¶Si per actum communē
plura nō cōuerterēť:nec bōitas nec magnitudo ſine actu poſ-
ſent conuerti.¶Eſſentia & ſuum proprium eſſe: conuertunť.
¶Nulla eſſentia:conuerti poteſt cum eſſe compoſito.¶Ita eſt
impoſſibile ꝙ res æquales cōuertanť: ſicut ꝙ maioritas & mi
noritas.¶Si res concordantes poſſent conuerti:conuerti poſ 20
ſent res contrariæ.

De quæſtione. Rub.XXXIX.

QVæſtio:eſt ſciri deſideratum/quod homo quærit. 1
¶Decem modis quæri poteſt id quod ſciri deſidera
tur:vtrum res quæ deſideratur ſit an non/quid eſt/
de quo eſt/quare eſt/quanta eſt/qualis eſt/quando fuit/vbi eſt
quomodo eſt/quo eſt.¶Nemo tantum dubitat: ſicut ille qui
quęrit an res ſit an non.¶Qui q̄rit quid eſt res: ſcire deſiderat
entitatem rei.¶Qui quærit de quo eſt res:conſiderat partem 5
& quærit de materia.¶Qui quærit quare eſt:quęrit de exiſtē
tia & fine.¶Qui quærit quanta eſt:deſiderat ſcire determina
tam menſuram.¶Qui q̄rit qualis eſt: deſiderat eā ſcire per ꝓ
priam qualitatem aut per appropriatam.¶Qui quærit quan
do fuit,quærit a memoria: & qui quærit quando erit,quærit
ab intellectu.¶Qui q̄rit vbi eſt:quærit ab oculis.¶Qui quæ 10
rit quomodo eſt:quærit de diſpoſitiōe/proportiōe & ordine.
¶Qui quęrit quo eſt:deſiderat ſcire inſtrumentum opatiōis.
¶Ille qui plus dubitat:maiorem veritatem attingere poteſt.
¶Nemo poteſt rem ſcire:ſi principia illius ignorat. ¶Nemo 15
poteſt partā ſcire de quo ē:ſi paſſiuā totalitatē nō conſiderat.
¶Homo ſcire poteſt per formam & per materiam exiſtētiam:

et per inſtrumētū finem. ℂPer q̄titatem poteſt homo ſcire de qualitate: & per qualitatē poteſt homo ſcire certas menſuras. ℂSpecies quas memoria cuſtodit/in tēpore p̄terito cōſiſtunt: & per illas quas reddit habet intellectus cognitionem de illis quæ futuræ ſunt. ℂPer colores & figuras quas oculi attingunt: cognitionē habēt de locis in quibus ſubſtātię conſiſtūt.

20 ℂModū non habet qui diſpoſitionē & ordinē ignorat: nec cognitionē habet de opere qui inſtrumentū nō cognoſcit.

De ſolutione. Rub. XL.

1 SOlutio: eſt declaratio dubioꝝ q̄ſitorū. ℂModus ſolutionis: eſt cōſequētia modi q̄ſtionis. ℂSolutio q̄ eſt ꝑpter qd: ē de principiis primis/& p quia, de vltimis. ℂSolutio q̄ eſt p ęquiparātiā: cōſiſtit p æquales rōnes & act⁹.

5 ℂQui declarat ꝑpter quid: cōſiderat ꝓprietates q̄ ptinēt ad cām. & q declarat p quia: cōſiderat ꝓprietates effectus. ℂQui declarat cū ęquipātia: declarat cū ęq̄litate actiuarū ꝓprietatū & paſſiuarū. ℂSi maior bonitas ē oportet q minor ſit: & ſi ſit minor oportet q ſit maior. ℂIn relatione maioris bonitatis & moris: cōſiſtit maior neceſſitas & minor. ℂNulla maior neceſſitas eſt effect⁹ minoris: ſed oīs minor neceſſitas eſt effect⁹ ma

10 ioris. ℂDeclaratio effectus: p declarationē finis cauſę cōſiſtit. ℂEx declaratiōe ſupiori: deriuaꝛ declaratio īferior. ℂQuāto declaratio eſt altior: tanto eſt clarior. ℂSi bonitas eſt magna/ oportet q ſit magnitudo: & ſi magnitudo eſt bona/oportet q bonitas ſit. ℂIn ęquiparantia bonitatis & magnitudīs: nō pōt

15 eē cā & effect⁹. ℂBonificās qđ bonificat de bōitate bōificabile nō ē cā bōitatis: neq bonificabile qđ cū ipo remanet vna bonitas. ℂVt bōitas ſit plēa: ita ē ipſi neceſſariū q ī ipa ſit bōificabile/ſicut bōificās/& bōificare. ℂSicut bōificās bōificat bōificabile: ita ęq̄lis neceſſitas ęq̄lificat agēs agibile & actū āboꝝ. ℂSi bonitas & ītellect⁹ ęq̄les ſunt ī ptāte/volūtate/& virtute: eſt neceſſariū q bōificare ſit ī bonitate ſicut ītelligere ī ītellectu. ℂEx plurib⁹ entibus æq̄lib⁹ ī fine & bonitate: īcōueniēs vni⁹/

20 eſſet īcōueniēs alterius. ℂNulla demōſtratio eſt tā neceſſa

ria;ſicut demonſtratio æquiparantię.

De poſſibilitate. Rub.XLI.

Poſſibilitas: eſt paſſio paſſiuę potẽtię.¶Ex paſſiua potentia;ſunt plura poſſibilia.¶Bonitas eſt paſſiua potẽtia;inquãtũ ex ipſa poteſt eſſe bonificabilis.¶Poſſibile bonitatis;eſt ꝓpter perfectionẽ ipſius & poteſtatis.¶Poſſibile bonitatis: in infinitate/æternitate /poteſtate/ & pfectione cõuertitẽ cũ poſſito.¶Poſſibilitas q̃ eſt in ęternitate;ſufficit infinitę poſſitiuitati.¶Ex magna paſſione bonitatis;magna poſſibilitas illius.¶Oĩs bonitas eſt maior p poſſitiuitatẽ & poſſibilitatẽ;q̃ p alterutrã tãtũ.¶Poſſibili bono: elõgatur bonitas a poſſibili malo.¶Poſſibile qđ nõ remanet ĩ ſuo numero cũ in poſſitũ cõuerſum eſt;nõ eſt magnũ.¶Si poſſibile nõ eſſet: oĩs poteſtas eẽt ocioſa.¶In magnitudine diſpoſitiõis; cõſiſtit magnitudo poſſibilitatis.¶Poſſibilitas: maior eſt p plures rõnes q̃ p vnã.¶Poſſibilitas;maior eſt p cãm q̃ p effectũ.¶Poſſibilitas;maior eſt p æquales ptes q̃ p inæquales.¶Poſſibilitas;peccãdi;nõ ẽ poſſibilitas bonę poteſtatis.¶Poſſibilitates vitiorũ; ſunt p poſſibilitatẽ priuationũ habituũ.¶Poſſibilitas priuationũ habituũ eſt;qa habitus ſunt de nihilo.¶Poſſibilitas;eſt per actũ poteſtatis & per paſſionem plurium rerũ.¶Poſſibile poteſtatis;non deficit.

De impoſſibilitate. Rub.XLII.

Impoſſibilitas;eſt priuatio actionis poteſtatis.¶Quoniã ptãs dei eſt actus ĩfinitꝰ;nõ ẽ illi aliqd ĩpoſſibile.¶Quia deus eſt infinitus;bonũ eſt ꝙ in ipſo oẽ malũ fit impoſſibile.¶Per priuationẽ;eſt ĩpoſſibilitas potẽtię.¶Impoſſibilitas;magis eſt per materiã q̃ p formã.¶Impoſſibilitas: eſt p diſgregationẽ actuũ.¶Impoſſibilitas;nõ dicit aliquid poſitiuũ.¶Priuatio & ĩpoſſibilitas: habẽt cõcordantiã.¶Nemo minus cõſiderat ĩpoſſibile;q̃ homo ſanguineus.¶In natura: oĩs minor ĩpoſſibilitas eſt melior.¶Ille q plus agit;ſępius ĩpoſſibibilitatẽ attingit.¶Nõ oẽs ĩpoſſibilitates ſunt pmanentes.¶Aliquę ĩpoſſibilitates;ſunt bonę.¶Nõ eſt deceptus;q ĩpoſ-

ſibilitatẽ cognoſcit. ¶Impoſſibilitas:eſt per contrarios fines. ¶Subiectũ ĩpoſſibilitatis:eſt cõtrarietas. ¶Impoſſibilitas:ꝑ ſe deſiderabilis nõ eſt. ¶Impoſſibilitas:plus cõſiſtit ꝑ corpus q̃ ꝑ animã. ¶Impoſſibilitas vniꝰ eſt maior: q̃ ĩpoſſibilitas pluriũ. ¶Ille triſtis eſt:qui impoſſibilitatem conſiderat.

De potentia. Rub. XLIII.

Potentia vna eſt id qđ ſe habet ad obiectũ: & alia eſt potẽtia q̃ eſt ſubiectũ rerũ poſſibiliũ. ¶Potẽtia ſe mouet ad obiectũ:q͞a actũ deſiderat. ¶Potẽtia ꝑ quã põt eſſe id qđ nõ ẽ:eſt ſubiectũ potẽtię q̃ ſe mouet ad obiectũ: ¶Potẽtia:mouẽdo aliđ/mouet ſeipſã. ¶Bonificatiuũ ẽ potẽtia bonitatis:& magnificatiuũ ẽ potẽtia magnitudinis. ¶Bonificatiuũ ẽ potẽtia ꝑ ꝓ̃tãtẽ:& ẽ ꝑs actiuę bonitatis. ¶Potẽtia ĩg͞tũ ẽ inſtrumẽtũ ſubſtãtię:ẽ paſſiua potẽtia. ¶Sine obiecto:nõ ẽ paſſiua potẽtia. ¶Calor ẽ actiua potẽtia ꝑ ignẽ:& paſſiua ꝑ caleſactibilitatẽ aq̃. ¶Vegetatiua ẽ potẽtia ꝑ vegetare: & ſẽſitiua ꝑ ſentire. ¶Quãdo vegetare nõ eſt:actꝰ vegetatiuę ẽ ĩ potẽtia. ¶Potẽtia q̃ ẽ ĩ actu:ſuã operationẽ acq̄rit cũ in actũ formã ꝓducit q̃ eſt in potẽtia. ¶Potẽtia q̃ eſt ĩ actu: eſt cã potẽtię q̃ venit in actũ. ¶Forma q̃ eſt in potẽtia:eſt materia potẽtiæ q̃ ſuũ obiectũ attingit. ¶Actiones & paſſiones potentiæ q̃ ſuũ obiectũ attingit:ſuſtẽtatę ſunt ĩ ſubiecto qđ eſt ꝓductũ de potẽtia in actũ. ¶Intellectꝰ eſt potẽtia:quę poteſt de ſimilitudine. ¶Volũtas eſt illa potẽtia:q̃ ſimilitudines amare poteſt. ¶Memoria eſt potẽtia: q̃ ſimilitudines cõſeruare poteſt. ¶Imaginatio eſt potẽtia:quæ ſimilitudines menſurat. ¶Nulla potentia eſt ita magna in virtute in extranea ſpecie:ſicut in ſua.

De obiecto. Rub. XLIIII.

Obiectum: eſt quies potentiæ quæ ipſum deſiderat. ¶Obiectũ:eſt materia ſimilitudinis quã potẽtia accipit. ¶Obiectũ:eſt inſtrumentũ potentiæ & finis. ¶Viſibilitas eſt obiectũ:de quo potentia viſiua trahit ſimilitudinẽ illius qđ eſt viſum ĩ ſimilitudinẽ ſuã. ¶Similiter obiectũ guſtãdi eſt dulcedo: & obiectũ affatꝰ eſt declaratio mẽtis.

¶Obiectum imaginationis:eſt ſimilitudo coloris & figurarũ ¶Obiectum intellectus:eſt ſimilitudo intellecti.¶Intellectus appetit intelligibile:vt intelligat.¶Intellectus appetit intelligere:vt ſuus actus recolitus ſit & amatus. ¶Nullum obiectũ naturale: a potentia ſe defendit. ¶Naturaliter obiectum appetit eſſe cõphenſũ. ¶Id qđ obiectũ appetit: eſt p ſuũ ꝑpriũ finẽ.¶Obiectum:nõ appetit propria ꝑprietate ſed appropriata.¶Propria ꝑprietas obiecti:ẽ appetibilis.¶De magno obiecto:magna appetibilitas. ¶Nullũ obiectũ:ẽ cõtra ſuã appetibilitatẽ.¶In volũtate: nullũ obiectũ ẽ maiꝰ q̃ amatũ.¶Ad maiꝰ obiectũ:maior potẽtia.¶Nulla mixtio ẽ maior q̃ mixtio potẽtię & obiecti.¶Qui cognoſcit obiectũ:cognoſcit potentiam.

De actu. Rub.XLV.

VNus actꝰ ẽ ille:q ẽ exitꝰ potẽtię & obiecti.¶Aliꝰ ẽ ille q erat ĩ potẽtia. ¶In actu: cõſiſtit ꝑticipatio obiecti & potẽtiæ.¶Nullꝰ actꝰ:ẽ ſine fine.¶Oĩs finis mouet potẽtiã ad obiectũ:actu ipſius.¶Potẽtia eſt paſſiua ꝑpter finẽ & eſt actiua p ſuũ propriũ actũ.¶Ignis hẽt ꝑpriũ actum p calorẽ:& habet appropriatũ p ſiccitatẽ.¶Ignis:cũ aquã calefacit habet actũ in calefaciẽdo. ¶Peccator:actu extraneo facit malum.¶Actus corruptionis:eſt occaſio actus gñationis. ¶Oẽs actus accidẽtales:ſunt ꝑpter ſubſtãtiales.¶De potẽtia finita actꝰ finitꝰ:& ex potentia infinita actꝰ infinitꝰ. ¶In æternitate: non eſt actꝰ finitus.¶Maior neceſſitas ẽ/ꝙ in ĩfinitate & ĩ ęternitate ſit actꝰ:q̃ in finitate & tp̄alitate.¶Actꝰ:multo plꝰ cõpetit maioritati q̃ minoritati.¶Nullꝰ actꝰ cõtrariorũ:ẽ durabilis.¶Oĩs actꝰ ſpũalis:eſt nobilior q̃ corporalis.¶Oẽs actꝰ corporales:ſũt vt ſint ſpirituales.¶Nullus actus eſt perfectꝰ:quouſq; ſit in fine.¶Felicitas potentiæ:conſiſtit p bonum actum.

De generatione & corruptione. Rub.XLVI.

GEneratio eſt origo ſubſtantiæ in ſpecie: & corruptio eſt cõſummatio ſubſtantiæ. ¶Generatio principiat de vna ſubſtantia per corruptionẽ:& de alia per pro-

ductionem.¶Corruptio incipit:per finem gñationis.¶Corruptio eſt perditio numeri naturalis:& generatio eſt tranſmutatio noui numeri naturalis. ¶Generatio & corruptio ſeparari non poſſunt:nec in vna eadem ſpecie remanere. ¶Corruptio:eſt paſſio actiuæ generatiõis. ¶Corruptio pticipat cũ priuatione & generatio participat cum eſſe.¶Generatio non eſt corruptio:ſed eſt de hoc q̃d corrumpitur. ¶Quia generatio eſt de eo quod corrumpitur:in ipſa remanet potentia corruptionis. ¶Generatio creſcit in exiſtendo: & corruptio in priuando.¶Corruptio eſt ex contrariis:& generatio ex cõcordantiis.¶Inq̃tum creſcit generatio: intãtũ creſcit corruptio ¶Corruptio eſt principium priuatiuũ:& generatio eſſentiatiuum.¶Corruptio eſt ex formis antiquis:& generatio ex nouis.¶Finem quẽ corruptio perdit:generatio acquirit. ¶Corruptio eſt propter ĩfirmitatem materiæ:& generatio propter ſanitatem nouæ formæ.¶Materia quæ eſt infirma per corruptionem:eſt ſana per generationem.¶Materia vnam formam dimittit per corruptionem:& aliam accipit per generationẽ ¶Corrũptio omnibus rebus ĩdiget:& generatio omnium rerum habet abundantiam.¶Si materia poſſet ſufficere formæ antiquæ:non poſſet eſſe generatio nouę formę.

De priuatione. Rub.XLVII.

PRiuatio: eſt terminus ipſius eſſe & non eſſe. ¶Priuatio inquantum eſt terminus ipſius nõ eſſe non eſt aliquid:& inq̃tum eſt terminus ipſius eſſe eſt aliquid. ¶Priuatio eſt aliquid:inq̃tum ſine ipſa non poſſet eſſe corruptio.¶Corruptio exit de eſſe in priuationẽ: & generatio exit ex priuatione in eſſe.¶Corruptio vadit cũ priuatione: & generatio cum eſſe.¶Priuatio:non eſt aliquid per ſe poſitiuum ſed per aliud.¶Inq̃tum tempus præteritum retinet id quod finit:eſt priuatio aliquid.¶Si priuatio per aliud aliquid non eſſet:nullus homo moreretur. ¶Priuatio:eſt mors illorum q̃ moriũtur.¶Priuatio: eſt vacuitas finis.¶Priuatio eſt ex ocioſitate potentiæ.¶Priuatio gallinæ:eſt bona homini q̃ ipſã mã

ducat. ¶Si priuatio & non eſſe conuerterent: nulla priuatio
eſſet bona. ¶Nihil propinquius eſt ipſi non eſſe: q̄ priuatio. 15
¶Nullū ēs: ſuā priuationē deſiderat. ¶Potētia q̄ ſuo actu pri
uat: cōſiſtit īter eē & priuationē. ¶Si nō eēt reſurrectio: eē ho
minis eēt vt foret ī priuatiōe. ¶Illud qd̄ ē finis ipſiꝰ eſſe: nō pōt
eē finis priuatiōis. ¶Finis priuationis: ē eē. ¶Si eē nō eēt finis 20
priuatiōis: gñatio nō eēt finis corruptiōis / nec vita hoīs finis
priuatiōis panis.

De motu. Rub. XLVIII.

MOtꝰ ē ꝓprietas q̄ potētia ſeipſā & aliud mouet. ¶Mo 1
tꝰ: ē creatura cōcreata cū potētia. ¶Motꝰ artificialis:
eſt ſimilitudo naturalis. ¶Motꝰ artificialis: ē creatu-
ra cōcreata cū motu naturali. ¶Termini motꝰ: ſunt pricipiū / 5
mediū / & finis ¶Motꝰ īcipit ī pricipio: & p mediū trāſit ſuc-
ceſſiue: & ī fine hēt qetē. ¶Ignis calore aquā mouet: & aer ſeip
ſo mouet mare. ¶Aer vapores mouet quibꝰ ſeipm̄ mouet: &
ipſis mouet nauē ī mari. ¶Tp̄s ē ſubiectū diſcretorū motuū
dierū & noctiū: & hēt cōtinuū motū p gñationē & corruptio
nē & per motum firmamēti. ¶Motus ita eſt īſtrumētū ad mo 10
uēdū: ſicut malleꝰ ad pcutiēdū. ¶Cōis patiētia: ſuas ptes mo-
uet cū cōi motu. ¶Motꝰ q cōis ē p cōem potētiā ſe diffūdit &
dilatat: & ſe ſpecificat ī ptibꝰ potētię. ¶Motꝰ ē magis cōis ꝓ-
prietas: q̄ color. ¶In oī ſubſtantia: elemētata ſūt ꝓprietates ele
mētorū mouētiū & motorū. ¶Qd̄libet elemētū: mouēdo ſuā
proprietatē ſeipſū mouet. ¶In nullo corpore: ē motꝰ naturalis 15
ocioſꝰ. ¶Motꝰ diſcreti: ſūt ptes motꝰ cōtinui. ¶Lapis q ē ī vno
loco: motus eſt in ſuis ptibꝰ. ¶Sicut iūcturę beſtiarū ſūt īſtru
mēta ad motū: ſic mouere ad motum beſtiarū. ¶Sine motu: 20
nulla potentia corporalis actum haberet.

De figura. Rub. XLIX.

FIgura: eſt īpreſſio ſubſtātiæ & ſuæ opationis. ¶Vna 1
figura eſt ſubſtātiæ: & alia eſt ſuæ opationis. ¶Figu
ra: eſt inſtrumentum cuilibet ſignificationi. ¶Motꝰ

de vno loco ad aliū:eſt figura motꝰ. ¶Sentire:eſt figura ſenſꝰ. ¶Effari:eſt figura conceptionis mentis. ¶Amare eſt figura voluntatis. ¶Princeps:eſt figura dei. ¶Circulꝰ eſt figura ſubſtantiæ rotundæ. ¶Moralis virtus:eſt figura virtutis naturalis. ¶Caſtrum:eſt figura timoris. ¶Figura:ſignificat extra id quod eſt intra. ¶Peccatum:eſt figura īferni. ¶Dies eſt figura paradiſi. ¶Omīs figura ē creatura:excepto peccato. ¶Species quā intellectus multiplicat:eſt figura obiecti. ¶Figura ꝓpria eſt naturalis:& appropriata artificialis. ¶Fames:ē figura naturalis conſūmationis: & ſitis eſt figura caloris & ſiccitatis. ¶Effectus: ſua figura ſuam cauſam ſignificat. ¶In relatione: filius eſt figura patris & matris.

De ſanitate & infirmitate. Rub.L.

SAnitas:eſt concordantia propriarū qualitatū & appropriatarū. ¶Sanitas:conſiſtit per ꝓportionatā influentiam qualitatū. ¶Infirmitas:eſt cōtrariū ſanitatis. ¶Inter ignem & aerem eſt concordantia: inq̄tū ignis dat aeri ſuū calorē/& aer ipſum recipit. ¶Vt aquā diſponat ad accipiendum ſuam humiditatē: ignis & aqua habēt aliquā cōcordantiā per aerē. ¶Ignis & aer:contrariātur ꝑ ſiccitatem & humiditatem ¶Si concordantia ignis & aeris maior eſt q̄ eorum contrarietas:per ipſos eſt ſanitas. ¶Et ſi eorū cōtrarietas eſt maior q̄ eorū cōcordātia:per ipſos eſt infirmitas. ¶Vna ſanitas eſt per vnam cōplexionē:& alia per aliā. ¶Omne corpus vegetatum ſanum eſt per vnam complexionem:& infirmum ꝑ aliā. ¶Omnis infirmitas:quę eſt ꝓpter ſanitatem aīę:eſt bona. ¶Medici naturales:ſūt ſudor/digeſtio/vomitus/minutio ſanguinis/& egeſtio. ¶Infirmus qui nihil ſcit de medicina:ī magno ꝑiculo ponit ſe cōmittēdo medico. ¶Nulla ſciētia adeo parum ſcitur: vt medicina. ¶In omni cura quæ fit ex contrariis:eſt neceſſaria aliqua concordantia. ¶Practica medici qui nō eſt philoſophus naturalis:eſt periculoſa. ¶Nulla cura eſt adeo cōtra oppilatiōes:vt calefactio ignis. ¶Oppi

lationes & repletiones:ſunt maximi inimici naturæ. ¶Vna
repletio cõſiſtit per nimiam comeſtionẽ:& altera per nimiam
potationem. ¶Magna vtilitas foret:ſi non eſſet medicus niſi
per dietam & phlebotomiam. ¶Ille ſanus eſt: qui neſcit quid 29
eſt infirmitas.

De inſtinctu naturali. Rub.LI.

INſtinctus naturalis: eſt ſcientia naturalis potentiæ. 1
¶Inſtinctus naturalis: eſt declaratio naturalis opera
tionis.¶Ordo naturę:eſt inſtinctus naturalis. ¶Diſ
cretio eſt homini data: ad vtendũ ratione: & inſtinctus eſt da
tus igni vt vtatur ſuo calore.¶Nemo naturalis eſt:ſi de iſtin 5
ctu naturali cognitionẽ nõ habet.¶Ordo quẽ habet planta in
producẽdo folia ad cõſeruãdos flores & fructũ a nimio calore
& frigore:eſt inſtinctus naturalis. ¶Ignis inſtinctũ habet na
turalẽ: inq̃tũ ſe cũ aere aſſociat vt cũ ipſo aquam cõſtringat.
¶Per inſtinctũ naturalẽ:accipit ignis ſiccitatẽ a terra vt aerẽ
cõſtringat per calefactionẽ.¶Agens naturale inſtinctũ habet
ad diſponendũ materiã:vt formam trahere poſſit quæ in ipſa
ſtat in potentia. ¶Animal agens cũ generat:loco diſcretionis 10
inſtinctũ habet ad producẽdũ cilia ſupra oculos/ & naſum ſu
pra os.¶Ignis inſtinctum habet ad deſiccandum laterem ſua
ſiccitate/& ad diſſoluẽdã glaciẽ ſuo calore. ¶Per inſtinctum
naturalẽ:natura habet appetitũ ad res quib9 indiget.¶Ignis
inſtinctũ habet ad aſcendẽdũ per leuitatẽ; & aqua ad deſcen
dendũ per ponderoſitatẽ.¶Sicut lux eſt inſtrumentũ ad vidẽ
dum:ita calor ignis eſt inſtrumẽtũ ad ſuũ inſtinctũ/quo diſ
currit.¶Omnia inſtrumẽta naturalia: ſequũtur inſtinctũ na 15
turæ.¶Quia ſol & ignis ſimilitudinẽ habent per lucẽ: habet
ſol inſtinctũ habẽdi maiorẽ cõcordantiã cũ ipſo/ q̃ cum aqua.
¶Inſtinctus ita p̃cedit appetitũ:ſicut intellectus p̃cedit volũ
tatẽ.¶Quęlibet planta:inſtinctũ habet ad multiplicandã ſuã
ſpeciẽ.¶Nihil eſt magis cõtrariũ inſtinctui naturali:q̃ homo.
¶In brutis animalibus aſſociãtur iſtinctus naturalis & indu 20
ſtria:& in animali rationali inſtinctus & diſcretio.

De appetitu. Rub.LII.

APpetitus: eſt delectatio quæ complementū requirit. ¶Oı̄s potentia appetit actū habere: vt nō ſit ocioſa. ¶Quia plus eſt eſſe & agere q̄ eſſe ſolummodo: ideo eſt operatio deſiderabilis. ¶Forma appetit magnā materiam: vt in ipſa magnū habeat actū. ¶Forma mouet materiā: ad habēdū magnū appetitū. ¶Si materia moueret ſine forma ad habendū appetitū: eſſet forma. ¶Subſtātię habēt appetitum: vt formę quas habēt in potētia producant in actū. ¶Omnis forma: appetitū habet ad accipiendū & ad dandū. ¶Ignis habet appetitū: ad accipiendā ſiccitatē & ad dandum ſuū calorem. ¶Ignis calefacit aquam: vt det aquæ appetitum calefaciendi. ¶Q̄to plus ignis aquā calefacit: tanto plus aqua appetit deſtructionē illius. ¶Nulla materia: appetit ſuā cōtrariā formā. ¶Si materia ſuā contrariā formā appeteret: appetitū haberet ad ſuū cōtrariū actū. ¶Planta appetitū habet ad vegetādū: & ſenſus ad ſentiendū. ¶Appetitus quē habet planta ad faciēda folia & flores: eſt vt faciat fructū. ¶Nullus ſenſus: appetit ſentire contra delectationē ſuā. ¶Omnis potentia: maiorē habet appetitū per ſuā ſpeciē/q̄ per aliam. ¶Intellectus appetitū habet ad itelligere magnū: vt magnā habeat poteſtatē. ¶Intellectus appetitū habet ad magnū intelligere: vt per intelligere multum recolatur/& ametur. ¶Secundū nobilitatē obiecti: eſt appetibile per voluntatem.

De antecedente & conſequente. Rub.LIII.

ANtecedens: eſt id quod ponit in neceſſitate id quod per ipſum ſequitur. ¶Conſequens: eſt id quod neceſſitatem ante ſe oſtendit. ¶Ex amante ſequitur amare: & ex amabili amatum. ¶In amare eſt amans per formam & amabile per materiam. ¶Amare eſt conſequens amantis & amabilis. ¶Illa neceſſitas eſt maior: quæ in vna eademq́ ſpecie eſt ex antecedente & conſequente. ¶Omnis appropriatio: eſt conſequens proprii. ¶Antecedens & conſequens: ſeparari nō poſſunt. ¶Ex maiori antecedēte: maius conſequens. ¶Ignis

eſt antecedens per ſuū propriū calorē ad calorem aquæ: & aer per appropriatum. ¶In omni calore: ſequitur plus de virtute per ignem q̄ per aquam. ¶Illud quod veritas ponit in vero: eſt antecedens ad id quod per ipſam eſt verificatum. ¶Id quod poſitum eſt in tempore:eſt per tempus antecedens temporificati. ¶Bonitas quā intellectus intelligit: eſt per intellectum antecedens vt intelligatur. ¶Quia amare non eſt actus intellectus:non ſequitur ꝙ aliquid diligatur/licet intelligat. ¶Inq̄tū id qđ pertinet ad intellectū:eſt antecedēs vt intelligere ſuū diligat bonitatē poſtq̄ ipſam intelligit. ¶Cū itellectus & volūtas habeāt cōcordantiā in bonitate:ſequitur ꝙ ſi bonitas ſit intellecta/ꝙ ſit amata. ¶Cū volūtas ſit libera in amando antecedentia:intellectus q intelligit bonitatē non poterit ipſam compellere ad amandū. ¶Cū intellectus peccatū intelligit & volūtas ipſum diligit:eſt intellectus ſecūdū ſuā naturam antecedēs cōſciētię. ¶Cōſequētia peccati quā intellectus intelligit & quā volūtas diligit:eſt cōſciētia quæ eſt in intellectu & nō eſt in volūtate. ¶Et ſi intellectus parū intelligit peccatum:conſcientia in ipſo eſt impotentia.

De neceſſitate & contingentia. Rub.LIIII.

NEceſſarium:eſt imago antecedentis & conſequentis exiſtentiū in concordantia ſub vna ſpecie. ¶Contingentia:eſt conſequentia non coacta. ¶Omne qđ veritas ponit in vero:eſt neceſſariū. ¶Veritas quam intellectus intelligit:eſt neceſſaria. ¶Omne ens:cū eſt neceſſariū eſt ipm eſſe. ¶Poteſtas:facere nō poſſet quin fuerit id qđ fuit. ¶Omne id quod eſt in libertate:eſt per contingens. ¶Ex nulla libertate:ſequitur coacta conſequentia. ¶Si intellectus eleemoſynā intelligat:non ſequitur ꝙ voluntas ipſam diligat. ¶Cū intellectus intelligit eleemoſynam & voluntas ipſam diligit: volūtas ipſam diligit per contingentiā. ¶Qui libertatem priuaret voluntate,priuaret ipſam electione. ¶Qui priuaret electionē boni aut mali ī volūtate:priuaret ipſam merito. ¶Qui priuaret volūtatem merito:priuaret iuſtitiā dei ſuo iudicio.

¶Homo qui habet proſperitates aut aduerſitates: habet fortunam ad illas per voluntatem dei/& per ſuam. ¶Multo melior eſt contingentia per libertatem dei: q̄ per libertatem hominis. ¶Quia deus eſt iuſtus per ſuam libertatem: non eſt aliqua contingentia peccati. ¶Sapientia dei: libertatem ſuæ voluntatis compellere non poteſt. ¶In deo non eſt contingentia: ſed illud quod in homine fit eſt contingens per libertatem dei. ¶Pluuia eſt conſequentia neceſſitatis quæ eſt ſuum antecedens: & vtilitas quæ ſequitur ex pluuia eſt conſequentia contingentię. ¶Sol de neceſſitate calorem ignis multiplicat: ſed homo per contingens calefit/cum in præſentia ſolis exiſtat.

De colore. Rub. LV.

COlor: eſt id per quod corpus eſt coloratum. ¶Si non eſſet color: nihil eſſet viſibile. ¶Color: extenſus eſt per quātitatem corporis. ¶Omnis color: q̄titatem habet appropriatam. ¶Diaphanitas: eſt color aeris. & albedo: aquæ. & nigredo: terræ. ¶Per mixtionem elementorum: miſcētur eorum colores. ¶Ex coloribus ſimplicibus compoſitis/ & mixtis: ſequitur compoſitus color. ¶Nullus ſimplex color: videtur. ¶Solus color: eſt viſibilis. ¶Ita gradati ſunt ſimplices colores in compoſito: ſicut qualitates in ſubſtantiis elementatis. ¶In colore croceo: ignis habet dominiū: & in colore rubro: aer. & in viridi colore: aqua. & in liuido colore: terra. ¶Nullus color ita intenſe recipit colorem alterius coloris: ſicut diaphanitas. ¶In colore rubro plus eſt de impreſſionibus colorum: q̄ in alio compoſito colore. ¶Diaphanitas criſtalli: plus accipit de ſimilitudine coloris rubri q̄ de alio colore. ¶Cum pluuia cadit: in plantis plus multiplicat colorem viridem q̄ alium colorem. ¶In colore liuido: eſt maior impreſſio nigredinis q̄ alterius coloris. ¶Color violæ: eſt inextenſus color aeris. ¶Compoſiti colores/ſecundum ꝙ ſunt in maiori quantitate aut minori: eorum partes ſimplices intenſę ſunt aut extenſæ ſunt.

¶Omnes colores:ſunt de vno communi colore.¶Communis color:concreatus fuit cum communi ſubſtantia.

De ſimilitudine. Rub. LVI.

Similitudo:eſt imago alterius. ¶Formę accidentales: ſunt ſimilitudines ſubſtantialium.¶Bonitas magnitudinis:eſt ſimilitudo ſubſtantialis bonitatis. ¶Omnis effectus:aliquā ſimilitudinem habet a ſua cauſa.¶Omnis actus:eſt ſimilitudo potentiæ ſuę.¶Nulla potentia : eſt contra ſuam ſimilitudinem. ¶Omnis ſimilitudo: eſt creatura. ¶Naturaliter:omnis potētia gaudet ſua ſimilitudine. ¶Omnis ſimilitudo:eſt actiua aut paſſiua . ¶Quāto plus vna ſimilitudo participat cum alia:tanto magis eſt ſimilis cum illa.¶Similitudines:aut ſunt concordantes/aut ſunt contrariæ. ¶Veſtigiū pedis:eſt ſimilitudo pedis. ¶Loquela:ē ſimilitudo conceptionis mētis.¶Similitudo vna:eſt ex alia. ¶Literę cerę ſunt ſimilitudines ſigilli. ¶Omnes ſimilitudines in corpore ſuſtentatę: ſunt ex vna communi ſimilitudine.¶Speciales ſimilitudines:fuerunt concreatę in cōmuni ſimilitudīe.¶Omnis impreſſio:eſt ex ſimilitudinibus. ¶Omnis ſimilitudo:eſt ens poſitiuum.¶Influentię quas corpora cœleſtia faciunt in inferioribus:ſunt ſimilitudines illorum.

De diſſimilitudine. Rub.LVII.

Diſſimilitudo:eſt ſimilitudo in qua nō eſt ordo. ¶Omnis diſſimilitudo:eſt cōtrarium ſimilitudinis . ¶Diſſimilitudo:eſt priuatus habitus ſimilitudinis. ¶Diſſimilitudo : concreata fuit cū differentia & cōtrarietate.¶Sine contrarietate:non poteſt eſſe diſſimilitudo per differētiā. ¶Si diſſimilitudo ſpecierū foret per contrarietatem tm̄ modo nō eſſent ī aliquo ſimiles.¶Si diſſimilitudo porci & aſini eſſet tātummodo per differentiam:nō eſſet ſimilitudo indiuiduorum in ſpecie per differentiam.¶Diſſimilitudo porci et aſini maxime dependet per differentiam:& diſſimilitudo caliditatis & frigiditatis dependet maxime per contrarietatem.¶Diſſimilitudo virtutum & vitiorum:conſiſtit per contrarietatē

ſimpliciter.❡Per priuatum habitum hũilitatis:eſt ſupbia diſſimilis.❡Siĩtudo & diſſimilitudo peccati & peccati:nõ eſt cõcreata.❡Ex nulla diſſimilitudĩe:ſeqtur amor.❡Infirmitates volũtatis:ſunt diſſimilitudines.❡Oĩs aduerſitas: eſt per diſſimilitudinem.❡Oculi flent propter diſſimilitudines: & ridẽt propter ſimilitudines.❡In omni pticipatiõe diſſimilitudinis & diſſimilitudĩs:eſt paſſio.❡Falſitas:nõ eſt aliud poſitiuũ niſi contraria diſſimilitudo veritatis. ❡Solus hõ & dęmõ:faciũt diſſimilitudinẽ ex ſimilitudine contra veritatem.❡Guſtus ĩfirmus:cũ veritate trahit diſſimilitudinẽ ſaporis.❡Species ĩcerti:eſt de ſimilitudine & de diſſimilitudine ſpecierũ: & idẽ de homine & mulo.

De diſpoſitione. Rub.LVIII.

DIſpoſitio:ẽ ordo actiuitatis & paſſibilitatis. ❡Forma quæ eſt in potentia:eſt materia diſpoſita paſſiõi.❡In diſpoſitione finis:conſiſtit diſpoſitio formę. ❡In diſpoſitione inſtrumentorum:conſiſtit diſpoſitio operationis. ❡Ignis diſponit aerem cum concordantia caloris:& cum contrarietate ſiccitatis & humiditatis. ❡Ignis aquã diſponit ad calefaciendum: calore et ſiccitate. ❡Vna potentia:diſponit alii ſuũ actum. ❡In omni diſpoſitione:eſt ordo. ❡Per aduerſitates:ſunt homines diſpoſiti ad patiẽtiã.❡Per proſperitates ſunt homines diſpoſiti ad potentiam. ❡Omĩs diſpoſitio ſpiritualis:eſt nobilior q̃ corporalis.❡Intellectus diſponit voluntati amare:inq̃tum intelligit bonitatẽ. ❡Intellectus diſponit voluntati odire:inq̃tum peccatum intelligit. ❡Voluntas diſponit intellectui intelligere:inq̃tũ illud amare deſiderat. ❡Per frequens intelligere:intellectus diſpoſitus eſt ad prõpte intelligendũ & voluntas per amare ad amandũ. ❡Recolentia periculi:diſponit ad timorẽ.❡Magnus amor quẽ aĩa habet ad corpus:ipſam diſponit ad peccandum.❡Omnis ſuperfluitas: eſt cõtra diſpoſitionem.❡Medicus diſponit ad ſanitatẽ:& natura ipſam dat.❡Iuſtus homo ſe diſponit ad gratiam: & deꝰ præſtat ipſam.

De proportione Rub.LIX.

PRoportio: eſt pulchritudo ordinis mẽſurarũ. ¶Pro- 1
portio: nõ ſuſtinet aliquid ſuperflui.¶In proportio-
ne:non eſt nimis/ neqꝫ parũ ſecũdũ iuſtitiã. ¶Omnes
partes ſunt æquales:ſecũdũ iuſtã proportionẽ.¶Omnis ꝓpor 5
tio:eſt pulchra.¶Sine proportione:nihil pulchrum eſt.¶Ma-
giſter naturalis ꝓportionis:eſt inſtinctꝰ naturæ.¶Proportio:
plus conſiſtit per formam q̃ per materiã. ¶Omnis proportio:
eſt ex partibꝰ compoſitis.¶Per proportionem:magiſtri cõmẽ 10
danť.¶Proportio:eſt de potentiis & actibus.¶Proportio du-
rat:& eius cõtrariũ deficit.¶Pulchrior eſt facies per propor-
tionẽ ſuarũ partium:q̃ per colorẽ. ¶Proportio eſt magis ne-
ceſſaria in facie:q̃ in aliis partibꝰ corporis.¶In eo loco in quo 15
proportio eſt magis neceſſaria:eſt maior. ¶Ita oportet ꝙ pro
portio ſit in actibus animę:ſicut in actibus corporis.¶Omnis
proportio:eſt deſiderabilis.¶Proportio artificialis:eſt ſimili-
tudo naturalis.¶Nulla ſubſtãtia quæ eſt ex partibus propor
tionatis:eſt turpis.¶Artifex non cõmendatur tãtum per ali- 20
quid:q̃tũ per ꝓportionare.

De leuitate & põderoſitate. Rub.LX.

LEuitas:eſt inſtrumẽtũ naturale ad aſcendẽdũ: & põ 1
deroſitas:eſt inſtrumentũ naturale ad deſcẽdendũ.
¶Leuitas eſt ꝓprietas formæ/& forma ipſam appro-
priat materię.¶Põderoſitas:eſt proprietas materiæ/quam ꝓ
prietatem accipit forma.¶Ignis per leuitatẽ quã habet per ſe
ſurſum aſcendit:& per ſiccitatem quam a terra recipit deor-
ſum deſcendit.¶Forma leuis ad ſe materiã attrahens:facit ip 5
ſã leuẽ.¶Materia ponderoſa inq̃tum forma accipit ab ipſa ꝓ
prietatem:ad ipſam deſcendit.¶In elementatis:ſibi inuicẽ ob
uiant leuitas & ponderoſitas.¶Inquantum ignis ſiccitatem
accipit a terra ipſum attrahit ad ſeipſam:& terram facit leuẽ
¶Cum ignis in ſua ſphera ſufferre non poteſt craſſiorum va

porum ponderoſitatē: deſcendit deorſum. ¶Terra quæ eſt in altis vaporibus: deorſum cum ſua ponderoſitate deſcendit. ¶Sicut ſe habēt ignis & terra per leuitatem & ponderoſitatem: ita ſe habent aer & aqua. ¶Sicut ignis & aqua contrariātur per calorem & frigiditatem: ita cōtrariantur per leuitatē & ponderoſitatem. ¶Sicut aer & terra contrariant̄ per humiditatem & ſiccitatem: ita contrariantur per leuitatem & ponderoſitatem. ¶Leuitas eſt vna proprietas communis: & ſuſtētatur in igne & aere. ¶Quia ſphera ignis eſt ſuperior q̄ ſphera aeris: plus habet ignis de leuitate q̄ aer. ¶Ponderoſitas eſt communis proprietas: & ſuſtentatur in aqua & terra. ¶Omne corpus elementatum: eſt ponderoſum & leue. ¶Corpus quod eſt leuius ſurſum aſcēdit: & illud quod eſt ponderoſius deſcēdit deorſum. ¶Quia ſol adiuuat & ignem & aerē: aſcendunt leues vapores maxime de die/ & ponderoſi vapores maxime de nocte deſcēdūt. ¶Vapores qui deſcēdūt q̄to propiores ſūt ſuo cētro: tanto grauiores ſunt: idcirco velociores.

De attractione. Rub. LXI.

Attractio: eſt tractus naturalis/ qui aggregat appetitus naturales. ¶Ignis ad ſe aquam trahit: vt ab ipſa calorem paſſiuum trahat. ¶Ignis ad ſe aerem trahit vt aer det ſuum calorem. ¶Ignis trahit ad ſe terram: vt ab ipſa ſiccitatem recipiat. ¶Animal reſpirando attrahit vapores frigidos qui ſunt extra: vt tempent intra vapores nimis calefactos. ¶Ipſe qui currit plꝰ q̄ alius reſpirat: vt frequēter cū vaporibus extra infrigidet mēbra quę intra ſunt nimis calefacta ¶Decoctio ignis quæ fit in corpore hominis: ad ſe trahit vapores calidos/ humidos/ ſiccos/ & frigidos. ¶Ille qui attrahit poros aperit/ & oppilationes deſtruit. ¶Appetitiua: attrahit ſuo proprio appetibili cibaria appetibilia ad nutriendum. ¶Membra attrahunt ab hepate partes digeſtas: vt ex ipſis vitam recipiant. ¶Homo reſpirans aerem cum fiſtula quę

participat cũ ore & cum vino:attrahit vinum ore. ℭQuia partes aeris & vini ſunt per ſpecies continuę:maior appetitus ad ſe trahit minorẽ. ℭQuia adamas abundat in magna quãtitate terra:ad ſe trahit ferrum/qđ eſt de complexione terræ. ℭReubarbarum ad ſe trahit colerã:quia vna ſimilitudo appetit eſſe cũ alia. ℭVoluntas trahit ad ſe amatum: quia ipſum amat. ℭForma attrahit materiã: vt in ipſa actũ habeat. ℭMateria nõ attrahit: ſed habet appetitũ ꝙ ipſa ſit attracta. ℭDiſpoſitio obiecti: eſt inſtrumentũ paſſiuũ attractionis. ℭAttractio eſt per actionẽ & paſſionẽ. ℭSicut nullũ ens ſeipſum producit: ita nullum ens ſeipſum attrahit.

De duritie & mollitie. Rub. LXII.

DVrities: eſt id per quod entia ſunt dura. & mollities: eſt id per quod ſunt mollia. ℭIgnis mollificat ferrũ: per calorẽ. ℭAer mollificat ferrum calefactũ: per ſuã humiditatem contra ſiccitatẽ. ℭSicut aqua calefacta ſuã recuperat frigiditatẽ in abſentia ignis: ita ferrũ ſuã recuperat duritiem in abſentia ignis. ℭQuia ferrum ſuã recuperat duritiẽ in abſentia ignis: ſignatur ꝙ ei⁹ durities cõſiſtit p aquã. ℭIgnis aerem & aquã trahit a tegula cũ ipſam deſiccat: idcirco durities tegulę eſt a terra. ℭDurities ferri multiplicatur per frequentẽ calefactionẽ: quia ignis frequenter trahit aquã & aerem. ℭQuãto plus in ferro eſt de terra: tanto durius eſt: ℭSicut aqua ſuã frigiditatẽ appropriat terrę: ita terra ſuã duritiẽ appropriat aquæ. ℭCaro mollis eſt per aerem & p aquã: & os durũ eſt per terram & per aquam. ℭQuia in glacie plus eſt de aqua ꝗ de terra: ipſa durior eſt per aquam ꝗ per terram. ℭIgnis cum aere naturã habet mollificandi: & cũ terra indurandi. ℭAer cũ igne & cũ aqua naturam habet mollificandi: aqua cũ terra & cũ aere naturã habet indurãdi. ℭAer: qui eſt frigidus indurat carnẽ & ceram. ℭCum aqua eſt paſſiua/eſt materia mollitiei: & cũ eſt actiua eſt duritiei. ℭAqua infrigidans aerem: ſe durificat in glaciem. ℭAqua recipiens humiditatẽ aeris: mollificat ſe ĩ carne. ℭOmnis aqua calida eſt ma-

gis mollis:q̄ frigida.¶Quia ignis calidus eſt & diffuſiuus/eſt mollis: & quia eſt ſiccus & attractiuus/eſt durus.

De dulcedine. Rub.LXIII.

DVlcedo:eſt id per quod res ſunt dulces. ¶Amaritudo:eſt id per qđ ſunt res amarę. ¶Dulcedo eſt ꝓpria qualitas ignis & aeris: & eſt qualitas appropriata aq̄ & terræ. ¶Quādo fruc⁹ ſunt virides/ſunt amari: & quando ſunt maturi/ſunt dulces. ¶Fructus virides/maxime cū aqua & terra participant; & fructus maturi/cū igne & aere. ¶Generatio cōſiſtit per dulcedinem: & corruptio ꝑ amaritudinē. ¶Omnis fructus putridus/eſt amarus: & maiorem habet inclinationem ad aquam & terram/q̄ ad ignē vel aerē. ¶Si per corruptionem aeris fruc⁹ fit amar⁹: & per generationē aeris eſt dulcis: dulcedo eſt ſapor digeſtus in flore. ¶In vna & eadē ſpecie ſunt fructus qui dulces ſunt & amari. ¶Malum granatum dulce/eſt de complexione calida & humida: & acetoſum de complexione frigida & ſicca. ¶Vinum forte & piper ſunt dulcia per calorem: & amara per nimiam ſiccitatem. ¶Quia in pipere ignis maiorem habet participationem cū terra q̄ cū aere: eſt piper magis amarū q̄ dulce. ¶Mel eſt dulce: quoniā eſt ex pinguedine florū & propter magnam abundantiam magni caloris/mel habet dulcedinem. ¶Dulcedo eſt magis inceptibilis ī melle per calorem: q̄ amaritudo per ſiccitatē. ¶Quia vita conſiſtit per calorem & humiditatem: eſt dulcedo de eorum natura. ¶Id propter quod amaritudo eſt cauſa ſanitatis eſt quia refrenat nimiam abundantiam dulcedinis. ¶Aer: appropriat dulcedinem ſuam aquæ. ¶Ventus in mouendo/& ſol in attrahēdo humiditatem: faciūt aquam amaram in mari. ¶Quia infirmitas eſt ex corruptione: guſtus infirmus inuenit amaritudinem in rebus dulcibus. ¶Dulcedo & amaritudo: ſunt partes ſaporis.

De pleno. Rub.LXIIII.

PLenum: eſt id quod implet concauitatem vaſis ſuis partibus mixtis. ¶Vacuum: eſt id quod finibus priuatur. ¶Nulla pars: ſine alia īplere poteſt. ¶Partes

tantũ ſubſtantiales: implent. ¶Materia plus implet per extenſitatem: & forma per intenſitatẽ. ¶Plenũ bonitatis: eſt ex bonificante/ bonificabili & bonificare. & plenũ volũtatis: ex amãte amabili & amare. ¶Forma implet materiã: & materia implet formã. ¶Diſcretę partes: non implent. ¶Si partes diſcretę implerent: mixtionẽ partium plus q̃ plenũ implerent. ¶Si elemẽta non eſſent quædam in aliis; eſſet vacuitas in natura. ¶Illud elementatum quod eſt magis calidum/ eſt magis plenum per ignem: & illud quod eſt magis ſiccum/ eſt magis plenum per terram. ¶Illud quod corruptum eſt: eſt vacuum fine. ¶Potentia fine actu: eſt vacua. ¶Ignis euacuat aquam: inq̃tum impedit eius virtutem. ¶Illud materiam vacuat: quod ei impedit ſuam paſſionem. ¶Forma quę eſt potentia: eſt vacua actu. ¶In vtre qui vento plenus eſt elementa dilatantur: & quãdo comprimitur/ elementa cõſtringũtur. ¶In rara materia: aer eſt dominus complementi. ¶In priuatione finis: eſt corruptio domina vacuitatis. ¶Cũ omnia ſint propter finem: illud qđ priuatur fine eſt vacuũ omnibus rebus.

De cauſa & effectu. Rub. LXV.

CAuſa: eſt id per quod eſt effectus. et effectus eſt: operatio ſui factoris. ¶Occaſio: eſt inſtrumentũ cauſæ & effectus. ¶Ignis eſt cauſa calefacti ꝑ calorem: & finis eſt cauſa calefacti ꝑ ignẽ. ¶Vltima cauſa: eſt finis. ¶Nullum accidens: eſt cauſa. ¶Occaſio: eſt accidens/ qđ eſt de cauſa & de cauſato. ¶Occaſio: aliquãdo dependet ex ꝑte cauſæ/ aliquãdo ex parte effectus. ¶Bonitas eſt occaſio boni: & bonum qđ agit bonũ eſt cauſa illius. ¶Occaſio: cauſam nõ cõpellit ſed ipſam diſponit. ¶Diſpoſitio effectus: eſt occaſio ipſi9 etiã cauſę. ¶Voluntas cũ libertate: eſt cauſa amãdi. ¶Deus: eſt prima cauſa/ & vltim9 finis. ¶Intellectus: eſt cã ſui intelligere cũ veritate: & per occaſionẽ memoria eſt cã ſui recolere. ¶Moralis/ virtus eſt occaſio boni: & vitiũ eſt occaſio mali. ¶Sitis eſt occaſio potãdi: & ille qui potat eſt cauſa potãdi. ¶Pulchritudo/ eſt vidẽdi occaſio: & ille q̧ videt eſt cauſa vidẽdi. ¶Viſus ĩg̃tũ

viſus: eſt effectus.¶Libertas:eſt occaſio cõſilii. ¶Sol p claritatẽ/eſt cauſa diei: & p abſentiã ſuã eſt occaſio noctis.¶Ocioſitas eſt occaſio mali: & ille qui ocioſus eſt,eſt cauſa mali & occaſionis.

De participatione. Rub.LXVI.

PArticipatio:eſt vicinitas potẽtiarũ & actuũ.¶Bonitas & magnitudo participãt ſimul:inq̃tũ ſibi inuicẽ dãt ſuã ſimilitudinẽ.¶Bonitate & magnitudine ad inuicẽ pticipãtibus:earũ actus pticipãt. ¶Inq̃tũ bonitas habet paruũ bonificare:nõ eſt vicina magnitudinis.¶Inq̃tũ magnitudo participat cũ malitia:non eſt vicina bonitatis.¶Oẽs potẽtiæ cũ actu:& oẽs actus cũ poteſtate participãt. ¶Participatio bonarũ cõcordãtiarũ:ẽ bona. ¶Participatio pluriũ magnarũ ſimilitudinũ:eſt valde magna.¶Participatio:cõſiſtit p finẽ.¶Nulla pticipatio:eſt ex cõtrariis.ſed omnis pticipatio: eſt ex ptibus. ¶In homine:participãt res corporales & ſpirituales.¶Ignis & aer:pticipãt in calore.¶Populus & rex:participãt in iuſtitia.¶In diuitiis: pticipant diuites & pauperes. ¶Potẽtia & obiectũ pticipãt in actu.¶In fine dei:oẽs fines pticipãt.¶Participatio hominis ſtudioſi:eſt valde deſiderabilis. ¶Nulla pticipatio eſt maior:q̃ pticipatio amãdi. ¶Memoria intellectus & volũtas.participãt cũ actibus ſuis.¶Nulla participatio cũ conditione: eſt plena.

De diſcurſiua. Rub.LXVII.

POtẽtia diſcurſiua eſt illa: quę inueſtigat poſſibilitates ſuorũ actuũ.¶Ignis ſuo calore:inueſtigat calefactibilitates.¶Ignis inueſtigat ſubſtãtias illuminabiles ſua luce: vt ipſas illuminet.¶Ignis inueſtigat ĩ aere oẽs illas poſſibilitates:ĩ q̃bus actionẽ habere põt. ¶Oĩs potẽtia naturalis:ſuũ habet naturalẽ diſcurſũ vt haberet actũ naturalẽ ¶Quęlibet potẽtia:ĩueſtigat ſuis rõnibus actus ſuos.¶Ignis inueſtigat ſua bonitate bonã calefactionẽ:& ſua magnitudine magnã/& ſua duratiõe durabilẽ.¶Vegetatiua/ ĩueſtigat id in quo poſſit vegetare:& ſenſitiua id in quo poſſit ſentire.

¶Vegetatiua inquirit p ſuā appetitiuā appetibilitates:& per ſuā retentiuā retentibilitates/ & per digeſtiuā digeſtibilitates/& per expulſiuam expulſibilitates.¶Senſitiua inueſtigat ſua viſiuitate res viſibiles: & ſua auditiuitate res audibiles/ & ita de reliquis potentiis ſenſitiuę. ¶Imaginatiua diſcurrit per imaginabilitates: & memoratiua per memorabilitates /& intellectiua per intelligibilitates/& volūtas per amabilitates. ¶Potentia:id quod p vnā naturā attingere nō poteſt / attingit per aliā. ¶Intellectus diſcurrit imaginatione per res corporales:& ſine imaginatione per res ſpirituales. ¶Cū intellectus diſcurrit ſua bonitate inueſtigādo veritatē ſuæ magnitudinis:tūc habet ordinatū diſcurſum.¶Cū aliud īueſtigat: inordinatū diſcurſum. ¶Id propter qđ ītellectus fallit in ſuo diſcurſu:eſt ꝗa nō cōcordat proprietates actiuas & paſſiuas. ¶Si volūtas diſcurrat magna amatiuitate īueſtigādo res parū diligibiles:nō facit bonū diſcurſum.¶Si volūtas diſcurrat odibilitate res odibiles: tūc facit bonū diſcurſum. ¶Si memoria diſcurrat per ſpecies quas p intellectū accepit ſub ratione amabilitatis:deficit in ſuo diſcurſu.¶In omni diſcurſu: oportet ꝙ ſit ordo formarum actiuarum & paſſiuarum.

De deliberatiua. Rub.LXVIII.

DEliberatiua:eſt potentia quæ ſperat ſiue expectat electionem.¶Secundum inſtinctum naturalē:ignis habet deliberationē in ſuis operibus.¶Ignis in vere deliberat opationē:quā habebit in ęſtate.¶Ignis deliberat:vtrū cōſentiet appetitibus aeris an terrę.¶Quia aer & terra cōcordātiā habēt cū aqua ꝗ̄ eſt eis contraria: ipſa nō cōſentit omnibus eorum appetitibus. ¶Ignis inueſtigat cū vtro ſcilicet cū aere an cū terra:plus poſſit contra aquā. ¶Piper habet naturalem deliberationē:vtrū conſentiat plus ad recipiendum influentiam ignis ꝗ̄ ſolis. ¶Abſqꝫ deliberatione:inſtinctus naturalis nō eſſet.¶Deliberatio iſtinctus naturalis: ſequit̃ ordinē.¶Propter magnū timorē capra quæ videt lupū qui ipſam non videt : deliberationem non habet vtrum fugiat an non.

¶Auis anteq̃ volet: deliberationem habet verſus quam partem volabit. ¶Homo deliberationem hẽt: ad conſentiendum actibus ſuarum rationum. ¶Hõ qui videt enſem vibratũ ĩ caput ſuum: nõ habet deliberationem imponẽdo ſuũ brachium ante ſuam faciẽ/quia iam facta eſt deliberatio p inſtinctũ naturalem. ¶Hõ luxurioſus qui luxuriã imaginatur: deliberationem non habet vtrũ luxuriabitur an nõ/quoniã iã deliberatũ eſt p priuatũ habitũ caſtitatis. ¶Quęlibet potẽtiarũ aĩę ſuis propriis ratiõib⁹ deliberationẽ ſuã habet. ¶Intellectus: per ſuã bonitatẽ ſuam habet deliberationẽ. ¶Quia fœmina ſuum filium diligit magna voluntate: deliberationem non habet an ipſum diligat necne. ¶Princeps qui malum habet cõſiliũ: nõ opus habet vt aliquid deliberet quia iam deliberatũ eſt malũ regimẽ per eius malũ cõſilium. ¶Nulla deliberatio eſt ita neceſſaria: ſicut pſonæ cõis. ¶Adeo bonus eſt deus ꝙ nõ decet vt homo deliberationem habeat vtrum ei ſeruiat in omnibus an non.

De perceptiua Rub. LXIX.

Perceptiua: eſt potentia qua ea quæ ſecreta ſunt perceptа ſunt. ¶Ignis qui per plures ſpecies eſt diffuſus & p indiuidua illarum: ſecũdũ neceſſitates ſpecierũ percipit influentias ſolis. ¶Ignis vnã influentiam percipit p ſpeciẽ piperis: & aliã p ſpeciẽ cautis. ¶Cũ ignis ex parte ſuiipſius habet defectum caloris in pipere: & ſentit illũ fortificari: percipit influẽtiam ſolis. ¶Flos percipit rectitudinem ſolis ad quam ſe vertit: qa ĩ illa rectitudine pl⁹ ſentit de calore q̃ ĩ alia. ¶Planta diẽ pcipit ĩnq̃tũ ampliat flores ſuos & diffundit: & percipit noctem inquãtum ſuos flores reſtringit. ¶Senſitiua: ſiti pcipit cõſumptionẽ humiditatis & frigiditatis. ¶Hoĩes percipiũt luxuriam in fœmina quæ in facie ſua fucos ponit. p imaginationẽ quæ luxuriã imaginať: tactus pcipit operationem illius. ¶In aggregando denarios & in parum expendẽdo: percipit homo auaritiam. ¶Per loquelam: pcipit homo

conceptionem mentis.¶Per mortem hominis mortui:perci-
pit homo viuus mortem ſuam.¶Per malum conſilium: per-
cipit populus malum principem.¶Cum homo cadit:manus
percipiunt terram. ¶Per nimiam locutionem: percipit homo
mendacium.¶Per ſermonem: percipit homo conditiones & 15
naturas hominũ.¶In communicatione hominum:percipiun
tur conditiones eorum. ¶Ex actibus:percipit homo poten-
tias. ¶In nulla parte percipit homo ita bene volũtates homi-
num:ſicut in facie. ¶In leuatione mẽſę:percipiuntur homi-
nes. ¶Ex proſperitatibus & aduerſitatibus:percipiuntur 20
mores hominum.

De doctrina & appḧẽſione. Rub.LXX.

DOctrina: potentia eſt illa / qua magiſtri docent. & 1
apprӕhenſiua: eſt illa qua ſcholaſtici addiſcunt.
¶Affatus eſt inſtrumentum docendi: & auditus 2
inſtrumentum addiſcendi. ¶Doctrina incipit in docente in
conceptione mentis,& extenditur per affatum: & in ipſo qui
diſcit, incipit in auditu/& infunditur in cõceptione mentis.
¶Nulla doctrina mechanica:eſt propinquior naturӕ:q̃ muſi
ca.¶Doctrina fabrilis: incipit in oculis & in manibus. ¶Do- 5
ctrina:eſt ex ſimilitudinibus actiuis: & appḧẽſiua eſt ex ſimili
tudinibus paſſiuis. ¶Magiſter q ſpecies trahit a memoria p
voluntatẽ/ poſitiue docet: & ille qui ipſas trahit per intelle-
ctũ docet oſtenſiue.¶Species:quӕ traduntur oſtẽſiue durãt.
¶Per ſpecies oſtenſiuas ſcholaſtici ſunt ſubtiles: & per poſiti
uas rudes.¶Doctrina iuris eſt per recolere: & doctrina philo- 10
ſophiӕ per intelligere/ & doctrina theologiӕ eſt per vtrunq̃.
¶Medicus ſupponit per ſuos libros: & oſtendit per experien-
tiam.¶Logicus docet in aere: & naturalis in cœlo & in terra.
¶Doctrina quӕ non incipit in principiis primis:non eſt ma-
gna. ¶Ex magiſtro ſubtili:ſcholaſticus ſubtilis/ ex ſophiſtico
ſophiſta/ & ex docto doctus. ¶In doctrina pro denariis fa- 15
cta:intellectus eſt inſtrumentum & voluntas domina. ¶Do-
ctrina per timorem edocta: non eſt magna. ¶Doctrina per

in digentiam edocta: non eſt per ſe amata. ¶Ille magnam habet doctrinam: qui propter deum ipſam diligit. ¶Magna doctrina: magnis inſtrumentis traditur. ¶In mundo de nulla re eſt tanta indigentia: quanta de doctrina.

De opinione. Rub. LXXI.

OPinio: eſt ſuppoſitio alicuius rei cum dubitatione. ¶Opinio: non eſt ex ſimilitudinibus neceſſariis. ¶Si opinio non participaret cum dubitatione: conuerteretur cũ fide. ¶Cauda opinionis: eſt dubitatio. ¶Si opinio æqualem haberet inclinationem cum affirmatione & negatione: conuerteretur cum dubitatione. ¶Omnis opinio: eſt infirma. ¶Omnis opinio: eſt ex affirmatione aut negatione. ¶Omnis opinio: plus conſiſtit per ſimilitudines extra q̃ per ſimilitudines quæ ſunt intra. ¶Omnis opinio: conſiſtit per virtutem aut vitium. ¶De magnis ſecretis: magnæ opiniones. ¶Opinio ex cauſis moralibus: non tantum durat quantum opinio quæ eſt ex naturalibus. ¶Fatuam habet opinionem: qui abſq; temperantia habet longæ vitæ opinionem. ¶Opinio: plus conſiſtit per voluntatem q̃ per intellectum. ¶Opinio: eſt centrum circunferentiarum. ¶Maior opinio eſt ꝙ homo qui vadit de nocte ſit latro: q̃ ꝙ ille qui vadit de die. ¶Opinio & ſuſpitio in moribus: conuertuntur. ¶Opinio vanæ gloriæ: eſt loqui multum de ſeipſo. ¶Vna opinio eſt per conſuetudinem: & alia per naturam. ¶Propter iuuentutem: homines opinionem habẽt de longa vita. ¶Omnis homo: habet opinionem de ſaluatione.

De dubitatione. Rub. LXXII.

DVbitatio: eſt æqualis confuſio affirmationis & negationis. ¶Dubitatio: non declarat inter antecedẽs & conſequens. ¶Omnis dubitatio: dat paſſionẽ. ¶Dubitatio: eſt cõfuſa materia affirmatiõis & negationis. ¶Sicut priuatio eſt principiũ corruptionis & generationis: ſic dubi-

tatio principiũ affirmationis & negationis. ❡Omne dubiũ: eſt materiale principiũ. ❡Si dubitatio eſſet formale pricipiũ: non eſſet in medio affirmationis & negationis. ❡Opinio trahit ex dubitatione deliberationem. ❡Per dubitationẽ: omnes potentiæ animæ ſunt infirmæ. ❡Dubitatio: propinquior eſt poſitioni q̃ demõſtrationi. ❡In dubitatione: eſt intellectus magis infirmus q̃ alia potentia. ❡Illa potentia quæ eſt magis infirma per dubitationẽ: eſt ſibi magis contraria. ❡Dubitatio: eſt aggregatio actuũ qui ſunt confuſi. ❡Ille incipit dubitationem deſtruere: qui aliquẽ actũ declarat. ❡Nihil periculoſius dubitatione. ❡Dubitatio ęque eſt priuatus habitus intelligẽdi: vt cęcitas eſt priuatus habitus vidẽdi. ❡Propter dubitationẽ: nemo quietẽ habet. ❡Qui erroneum inducit ad dubitationẽ: ipm̃ ad veritatẽ appropinquare facit. ❡In dubitatione: fit primo cõuerſio erroris ad veritatẽ. ❡Graue eſt & difficile: antiquam dubitationem deſtruere.

De affirmatione. Rub. LXXIII.

Affirmatio: eſt vocabulũ qđ ſignificat oſtẽſiuã neceſſitatẽ. ❡Negatio eſt vocabulũ qđ ſignificat incõueniens & impoſſibile. ❡Quia deus eſt: affirmatio maiorem habet neceſſitatẽ q̃ negatio. ❡De deo: maior veritas dici poteſt affirmando q̃ negando. ❡Maior veritas eſt dicere ꝙ deus eſt æternitas: q̃ dicerẽ ꝙ deus nõ eſt aſinus. qa deus non eſt ideo deus qa nõ eſt aſinꝰ: ſed eſt deus qa eſt æternitas. ❡Ex maiori veritate maior affirmatio: ſed ex maiori falſitate maior negatio. ❡Omnis negatio eſt conſequentia affirmationis & nulla affirmatio eſt conſequẽtia negationis. ❡Si affirmatio eſſet cõſequẽtia negationis: eſſet cõſequẽtia ſuiipſius. ❡Vna affirmatio conſiſtit per ſenſum: & alia per imaginationem. ❡Nulla affirmatio eſt ita magna per imaginari: ſicut per intelligere. ❡Affirmatio quæ eſt per voluntatem habet inclinationẽ ad poſitionẽ: & affirmatio quæ eſt per intellectũ habet inclinationẽ ad demõſtrationẽ. ❡Quia affirmatio eſt ex antecedẽtibus principiis & negatio ex cõſequẽtibus: plus laborat

intellectus per oſtenſionẽ q̄ per impoſſibile. ❡Affirmatio oſtẽſiua:eſt lumen neceſſariȩ negatiuȩ. ❡Dubitatio eſt remotior ab affirmatione:& opinio eſt illi ꝓpinqua.❡Qui ſine deliberatione affirmat:eſt prope negationẽ. ❡Affirmatio: cum excuſatione non participat.❡Affirmatio:fortior eſt de die q̄ de nocte.❡Per affirmationẽ:homines magis fiũt hilares q̄ per negationẽ.❡Negatio:ad aliã vitã nõ tranſit. ❡Affirmatio eſt per primam intentionem:& negatio per ſecundam.

De communicatione. Rub.LXXIIII.

COmmunicatio:eſt extrema participatio. ❡Subſtantia cõmunicando ſuas proprias qualitates:ſeipſam cõmunicat. ❡Subſtantialis bonitas quæ ſuam accidentalem bonitatem magnam communicat: ſeipſam dat ei. ❡Ignis dando aeri ſuum calorem:ſe dat aeri.❡Ignis ſuum calorem aquæ nõ cõmunicat:vt ſit ipſius aquæ/ſed vt deſtruat ipſam.❡Sol ſuam claritatem igni non cõmunicat:ſed ſimilitudinem illius. ❡Si ſol ſuã claritatem igni cõmunicaret:ſuã ſubſtantiam miſceret cum ſubſtãtia ignis.❡Si ſcientia quam magiſter docet & communicat eſſet de eſſentia eius: infundẽdo ſcientiam infunderet ſuam ſubſtantiã.❡Obiectum nõ cõmunicat ſuam eſſentiam potentiæ:ſed ſuã ſimilitudinẽ.❡Intellectus cõmunicat ſuũ ĩtelligere amabilitati:& volũtas ſuũ amare intelligibilitati/& memoria vtriq; ſuũ recolere.❡Senſus communicat ſuam ſenſibilitatem:imaginabilitati.❡Imaginatio communicat illud quod accidit a ſenſu:potentiis animæ.❡Vna potentia:alii communicat ſuam virtutem. ❡Cõmunicatio in creaturis:cõſiſtit per appropriationem. ❡Princeps:ſuo hæredi ſuam poteſtatem communicat. ❡Vnus peccator: alii ſuum peccatum communicat. ❡Ex mutua communicatione:ſequitur cõmunis proprietas. ❡Qui ſuo amare bonitatem communicat:non fatigatur.❡Qui ſe malo domino communicat:ſe magno labori cõmunicat.❡Communicatio plurium bonorum:eſt valde bona.

De factiua Rub.LXXV.

Factiua:eſt potentia quæ facit eſſe id quod venit in actu. ¶Ignis potentiam habet factiuam:per quam facit id quod facit. ¶Id q͞d factum eſt:factum eſt per effectionem. ¶Potẽtia factiua:facit eſſe illud quod nõ eſt. ¶Sol habet potentiam factiuam:inquãtum influẽtiam facit quam inferius tranſmittit. ¶Factiuitas naturalis:facit de naturali factibili naturale factum. ¶Planta ſua factiuitate: facit folia,flores & fructus de ſua naturali factibilitate. ¶Ignis facit aquam calidã:& aer ipſam facit humidam. ¶Factiuitas ignis & aeris:ſe habẽt ad vnũ finem in calefaciẽdo aquam. ¶In effectione:cõcurrunt plures effectiuitates. ¶Factor bonum facit bonitate:& magnum magnitudine/ & durabile duratione/ & cõloratum colore. ¶Effectio: ſemper eſt de aliqua re. ¶Materia eſt: ſubiectum effectionis: & eius particulare factum eſt in effectione. ¶Homo & fœmina:faciũt filium. ¶Fœmina ita facit filium homini per effectionem: ſicut aer facit aquam calidam per calorem quẽ accipit de igne. ¶Magiſter effectionem habet artificialem: qua facit artificiale factibile. ¶Faber facit clauum: de ferro. ¶Intellectus facit ſpecies: quibus facit ſcientiam. ¶Intellectus facit ſpecies: inq̃tum ipſas trahit de potentia in actum. ¶Per virtutes homines ſe bonos faciunt:& per vitia malos.

De inſtrumentatiua. Rub.LXXVI.

Inſtrumentatiua:eſt potentia mediãte qua factor facit opus. ¶Omne inſtrumentum:motum eſt in operando. ¶Omne inſtrumentum motum ad operandum:mouet opus. ¶Inquantum vna potentia ſe iuuat alia:facit eam inſtrumentum. ¶Claritas ſolis eſt inſtrumentum ad videndum:& per ignem eſt inſtrumentum ad calefaciẽdum. ¶Bonitas moralis:eſt inſtrumẽtum homini inquãtum ſe mediãte illa facit bonũ. ¶Malleus eſt inſtrumẽtũ claui:& clauus pedis eq/& pes equi & equꝰ militis/& miles regis/& rex populi/& populꝰ honoris dei. ¶Quãtitas:eſt inſtrumẽtũ mẽſurę/&

qualitas determinatiõis/& relatio conſequẽtię:& actio formę & paſſio materiæ/& habitus doctrinæ/& ſitus figuræ: & tempus motus/& locus continẽtis. ¶Inſtrumentum: eſt in medio agentis & agibilis. ¶Ita eſt neceſſarium inſtrumentum patienti: ſicut factori. ¶In diſpoſitione inſtrumenti: conſiſtit diſpoſitio factoris & facturę. ¶Excepta ſubſtantia dei: omnibus ſubſtantiis neceſſaria ſunt inſtrumenta. ¶Ocioſitas: eſt deſtructio inſtrumentorum. ¶Elementare eſt inſtrumẽtũ: elementati/& vegetare vegetati/& ſentire ſenſati/& intelligere intellecti. ¶Moralitates: ſũt inſtrumẽta meritorũ/& merita iudicii/& iudicium iuſtitiæ. ¶Intellectus: eſt inſtrumẽtum voluntati electionis: & voluntas eſt inſtrumentum intellectui diligẽtię: & memoria eſt inſtrumẽtũ vtriꝗ/conſeruationis operationũ. ¶Differentia: eſt inſtrumentum intellectus/& concordantia voluntatis/& finis memoriæ. ¶Imaginatio: eſt inſtrumentũ voluntatis per deſideriũ/& intellect⁹ per intelligere/& memoriæ per recolere. ¶Corpus: eſt inſtrumentũ aĩæ: & ecõuerſo anima eſt inſtrumentũ corporis ad ſeruiẽdum deo. ¶Omnes ſubſtantię corporales & earum accidentia: ſunt inſtrumenta hominis ad ſeruiendum deo & ipſum honorandum/& homo ſimiliter eſt inſtrumentum ſubſtantiarum.

De iuuatiua. Rub. LXXVII.

IVuatiua: eſt potẽtia qua vna ſubſtãtia aliam iuuat. ¶Bonitas iuuat magnitudinem ſua ſimilitudine: & econuerſo. ¶Id ꝑpter qđ ſubſtantia dei non indiget iuuamine: eſt quia ęterna eſt & infinita. ¶Id propter quod ſubſtantia creata indiget iuuamine: eſt quia non eſt propter ſeipſam. ¶Quia ſubſtantia creata non eſt propter ſuum finẽ ſed propter finẽ dei: ĩdiget iuuamine. ¶Naturaliter quęlibet ſubſtantia: ſe iuuat partibus ſuis. ¶Planta ſe iuuat ſua bonitate ꝙ ſit bona: & ſua magnitudine ꝙ ſit magna. ¶Oĩs hõ: indiget alio homine. ¶Ad faciendum clauum: forfices iuuant malleũ

¶Sol iuuat ignem :ad multiplicandum ſuum calorem.¶Lu-
na iuuat aquam:ad multiplicandum ſuam frigiditatē.¶Ma- 10
nus & pedes iuuant ventrem: & venter iuuat ipſos. ¶Vnus
pes:alterū iuuat.¶Equus,enſis & ſcutum iuuant militem: &
miles iuuat regē. ¶Aer ſuo calore & humiditate iuuat ignē
ad calefaciendum aquam:ſed ſua humiditate ipſum nō iuuat
ad ipſam deſiccandam. ¶Nulla potentia: ſine iuuamine alte
rius ſuum actum habere poteſt. ¶Illud habet maiorem actū 15
quod plus habet de iuuamine.¶Iuuamen hoīm:non eſt adeo
magnū ſicut iuuamen dei.¶Quilibet homo:plus iuuare pōt
ſeipſum q̄ alium.¶Nec denarii nec honores tātū iuuare pñt:
q̄tū homines. ¶Quia homo eſt ex elementis:plus ipſum iu- 20
uare poſſunt elemēta q̄ firmamentum.

De impeditiua. Rub.LXXVIII.

IMpeditiua:eſt potentia quæ alias potentias impedit 1
ne habeant ſuos actus.¶Quia fines ſunt variabiles:
vnus finis alium impedit ne ſuum principium & me
dium habere poſſit.¶In omni ſubſtantia quę eſt ex contrariis:
ſunt impedimēta. ¶Peccatum tantummodo:deū impedit ad
faciendum bonum hominibus.¶Si non eſſet peccatum : gra 5
tia dei eſſet in omnibus hominibus.¶Ignis ſua ſiccitate impe
dit aerem:vt non det humiditatem aquæ ¶Ignis per concor
dantiam quam habet cum aere inq̄tum ei dat ſuum calorem: 10
impedit aerem ꝙ non det ſuam humiditatem aquæ. ¶Aer in
q̄tum concordantiam habet cum aqua quæ ſuam accipit hu
miditatem/& inq̄tum contrarietatem habet cum igne qui ip
ſum deſiccat:impedit ignem ne aquam calefaciat. ¶Planta
ſuis foliis:īpedit gelu ne ſuos flores deſtruat.¶Tenebrę ocu- 15
los īpediunt:ne videāt. ¶Cū itellect⁹ nimis aſſueſcat ad ima
ginādum res corporales:imaginatio ipſum impedit ad intel
ligendum res ſpirituales.¶Cū voluntas nimis aſſueſcat ama
re aliquam rem temporalem:impedit itellectum ad intelligē
dum res quę ſunt in alia vita.¶Qui multum recolit aliquam
rem:impedit voluntatem ad amandum aliam rem.¶Nullus

homo tantū aliū impedit:ſicut ſeipſum. ¶Malus homo bonū hominē impedit:ne faciat bonū. ¶Impedimentū cito accidit: & tarde diſſoluitur. ¶Omnis homo qui bonū impedit: facit malū. ¶Mali homines reſurrectionē impediunt & diē iudicii: ne veniat cito. ¶Homo auarus denarios impedit: ne ſeruiāt. ¶Cura temporalium:impedit amorem celeſtium. ¶Nimiū comedere & bibere:digeſtionem impediūt.

De elementis. Rub.LXXIX.

Elementa: ſunt corpora ſimplicia quæ in tertio corpore cōponuntur qd̄ quidē corpus ex ipſis conſiſtit. ¶Elementa ſunt quatuor vt ex ipſis fit quadrangulus:& vt ex ipſo quadrangulo fit triangulus. ¶De elementali quadrangulo: ſunt duodecim generales quadranguli. ¶Ex igne terra & aere:eſt vnus triangulus per concordantiā ignis & terræ quæ cōcordant per ſiccitatē/& ignis & aeris quæ cōcordant per caliditatē/& terræ & aeris quæ contrariātur per humiditatē & ſiccitatē. ¶Ignis aer & aqua: faciūt triangulū per concordantiā caloris & humiditatis/humiditatis & frigiditatis & per contrarietatē caloris & frigiditatis. ¶Ignis aqua & terra:faciūt triangulū per concordantiā & contrarietatem ſiccitatis & caloris & frigiditatis. ¶Quodlibet elementū tres habet triangulos: ſicut ignis. ¶Si elementa eſſent plura aut pauciora:nō poſſet eſſe naturalis triangulus/ex naturali quadrangulo. ¶Sine naturali & corporali triāgulo:nō poſſet eſſe plenus corporalis & naturalis quadrangulus. ¶Ex corporali & naturali quadrangulo & triangulo: naturalis circulus plenus conſiſtit. ¶Quodlibet elementū ſuū propriū locū habet: qui eſt ſua ſphera. ¶Quia locus eſt magis plenus ex ſimplicibus & compoſitis q̄ ex ſimplicibus tantū:intrant & inexiſtūt quædam elementa in aliis. ¶Si in ſphera ignis non eſſent alia elementa:non eſſet plena triangulis/neq; concordantia/cōtrarietate/motu & aliis principiis generabilibus. ¶Si elementa ſimplicia non eſſent eſſentialiter in compoſitis elementatis: nullum compoſitum eſſet plenū naturalibus & corporalibus

triangulis.CSi terra(& idem de aere & aqua)non eſſet ſupra 15
in ſphera ignis:nō aſcenderet in ipſis ad accipiendum influē-
tiam a corporibus cœleſtibus.CSi ſphera aquæ eſſet tota ple-
na aqua ſimplici ſolida & occuparet totā ſpheram ſuā: ignis
qui eſt ſurſum non poſſet deorſum deſcendere/nec ille qui eſt
deorſum poſſet ſurſum aſcendere/& in igne perderentur mo
tu/appetitus/& leuitas.CSi elementum ſimplex eſſet corru-
ptibile:perderentur ei[9] propriæ qualitates/& eſſent proprie-
tates accidentia ſine propriis ſubiectis/& in ſeipſis ſuſtentarē
tur.CSi aliqua pars aeris ſimplicis in ignem ſimplicem con-
uerteretur:aliqua pars humiditatis conuerterē in calorem
& ſiccitatem.CNullū accidēs generale:eſt in ſuo proprio ſub
iecto corruptibile.CSi ignis ī ſua ſphera aerem cōuerteret:in 20
eius ſphera eſſet vegetatio.

De calore & frigiditate. Rub.LXXX.

CAlor eſt inſtrumentum calefaciendi & frigiditas fri 1
gefaciēdi.CIgnis & aqua cum ſuis inſtrumentis:cō-
trariantur.CCalefactibilitas aq̄: eſt contra ſubſtan-
tiam aquæ & frigefactibilitas ignis contra ignē.CCalefactibi
litas aquæ:eſt paſſiua qualitas apporpriata per calefactibilita
tem aeris qui cum ipſa habet cōcordantiam. CSi aquæ eſſet 5
appropriata calefactibilitas:eſſet aqua naturaliter contra ſuā
frigiditatem.CSola materia aquæ:eſt calefactibilis.CMateria
aquæ calidæ:eſt ſubiectum igni & aeri calefaciēdi id quod cū
aqua participat.CForma aquę:reſiſtit calefactibilitati ſuę ma
terię.CIgnis calefaciendo materiam terræ:calefacit aquam.
CQui ſubiectum frigiditatis calefacit:priuat ex ipſa actū fri- 10
giditatis.CInq̄tum aqua cum aere habet cōcordantiā:eſt cali
dior per calorem aeris q̄ ipſius ignis. CAppetitus quē habet
aqua ad humiditatē aeris:aquā diſponit ad magnā calefacti-
bilitatem.CSine medio ignis::aer aquam calefacere non pōt.
CIgnis plus calefacit aquā ī colerico:q̄ ī phlegmatico.CIgnis 15
plus aquam calefacit per naturam:q̄ per artificiū.CAqua ca-
lidior eſt in pipere:q̄ in ferro calido.CCalor aquę plus durat ī

pipere:q̄ in ferro calido.¶Aqua frigidior eſt ĩ aurora:q̄ in media nocte. ¶Quia ignis plus aquam depurat in æſtate q̄ in hyeme:eſt aqua frigidior in æſtate q̄ in hyem. ¶Id ꝑpter qđ ignis eſt calidior in vino q̄ in racemo eſt quia aqua frigidior eſt in racemo q̄ in vino.

De humiditate & ſiccitate. Rub.LXXXI.

HVmiditas eſt id per quod ſunt humidæ ſubſtantiæ: & ſiccitas eſt id per qđ ſubſtãtiæ ſunt ſiccæ. ¶Terra conſumẽs humiditatem:facit appetitum naturalem deſiderare humiditatem contra ſuam ſiccitatẽ. ¶Linea quæ eſt de humiditate & ſiccitate eſt ſubiecta corruptioni: & linea quæ eſt de humiditate & frigiditate eſt ſubiecta generationi. ¶Humiditas maior eſt in nocte: & ſiccitas in die. ¶Hũiditas & ſiccitas: ſũt magis paſſibiles qualitates q̄ calor & frigiditas/¶Quia ſphera ignis & ſphera aquæ ab inuicem ſunt remotiores q̄ ſphera aeris & ſphera terrę: calor & frigiditas ſunt magis cõtrariæ qualitates q̄ humiditas & ſiccitas.¶Homines qui habent tuſſim per humiditatem: tuſſiunt plus de nocte q̄ de die.¶Quia humiditas ſe extendit:eſt occaſio hilaritatis: & q̄a ſiccitas ſe reſtringit/eſt occaſio triſtitię. ¶Quia humiditas plus ſe extẽdit q̄ ſiccitas:maiorem motum req̄rit. ¶Aer qui non mouetur eſt maior occaſio corruptionis:q̄ terra q̄ non mouet̃. ¶Nullus ſenſus humiditatẽ attigit:neq; ſiccitatẽ. ¶Sitis eſt figura ſiccitatis: & ſpuere ſine ſiti eſt figura hũiditatis. ¶Ignis & aer cõtrariãtur per ſiccitatem et humiditatem: & terra & ignis per frigiditatem. ¶Ignis maiorem habet concordantiam cum aere per calorem: q̄ cum terra per ſiccitatem. ¶Aer maiorem habet cõcordantiã cũ aqua ꝑ hũiditatẽ:q̄ cũ igne ꝑ calorẽ. ¶Aer: maiorẽ hẽt cõtrarietatẽ cũ terra ꝑ aquam q̄ per ignem. ¶Plãtæ virides ſunt cũ humiditate: & maturę ſũt cũ ſiccitate. ¶Quia fruct⁹ maturi ſũt cũ ſiccitate:colligũtur in æſtate. ¶Fructus ſicci:melius q̄ humidi conſeruant̃. ¶Sicut generatio prius incipit cũ humiditate: q̄ cũ ſiccitate:ſic corruptio prius cũ ſiccitate q̄ cum humiditate.

De vaporibus & pluuia. Rub.LXXXII.

VApor:eſt aggregatio corporum ita ſubtilium / ꝙ 1
non habent determinatum colorem/neq; figuram.
¶Pluuia:eſt aqua quæ exit ex vaporibus & deſcen
dit de aere in terram. ¶Vapores:ſunt partes minutæ: quæ
exeũt & intrant per poros corporum elementatorum. ¶Ele-
menta aſcendunt:& vapores in quibus impreſſe ſunt influen
tiæ quas corpora cœleſtia tranſmittũt deſcẽdũt ad corpora
inferiora.¶Ex vaporibus fiunt nubes:& ex illarum diſſoluti- 5
one fit pluuia.¶Ex vaporibus calidis & ſiccis fit ventus:qui
eſt aer motus per ponderoſitatem nubium quę ſunt pondero
ſę/& deſcẽdunt deorſum.¶Ex vaporibus frigidis & humidis
fit pluuia.¶Et ſi vapores ſint multum frigidi: ex illis genera
tur nix. ¶Nix:eſt aqua congelata in aere per abundantiam
frigidorum vaporum.¶Lapides grandinis qui cadũt de aere 10
& grando:ſunt ex niue in illis diffuſa/& illa ſunt ex partibus
niuis:quę aggregantur & ſe inuicem concutiunt in caſu quẽ
faciunt.¶Vapores calidi & humidi ſurſum aſcendũt ſi nõ re
primuntur per nubes:& ſi reprimuntur per nubes ex ipſis fit
ros.¶Q; ſi per aerem frigidum tranſeunt:conuertitur ros in
gelu.¶Si vapores ſunt multum frigidi/& ſicci cõgelantur in
aere & ex ipſis fiunt lapides grandinis qui deſcendũt deorſũ:
ſed in aqua vapores valde frigidi & ſicci in glaciem conuertũ
tur.¶Vapores qui exeũt ex mari ſunt calidi & ſicci : propter
mare quod eſt ſalſum & calidum & ſiccum:& ex aquis dulci-
bus exeunt vapores calidi & humidi qui fugiũt a frigiditate
& humiditate aquæ.¶Vapores calidi et ſicci qui exeunt ex 15
mari/depurantur in aere qui aquæ ſuam reddit complexionẽ
quæ eſt frigida & humida:idcirco vapores ſalſi conuertũtur
in aquam dulcẽ.¶Vapores qui ſunt magis calidi & humidi
aſcendunt ratione ignis & aeris qui ſunt leues : & vapores q
ſunt magis frigidi & ſicci deſcendunt ratione aquæ et terræ/
quæ ſunt ponderoſę.¶Vapores frigidi et humidi qui ĩ terrã
cadunt:in aquam conuertuntur quę exit de fontibus et tranſ

ſt per venas terræ in qua conſiſtit/& ex illa exit aqua puteoꝝ. ¶Fontes qui ſunt in capitibus ſiue in ſummitatibus montiū ſunt maxime ex vaporibus qui aſcendunt de mari qđ eſt in cauernis terræ. ¶Aqua fontium qui ſunt in capitibus montiū & quæ eſt de reuolutione vaporum qui ſunt in cauernis & cō cauitate montium & venit de mari: eſt magis frigida q̄ aqua quæ venit de pluuia: quoniam ſol in aere eam calefacit. ¶Vapores qui exeunt in fumo ignis/ſunt calidi & ſicci ſi illa quæ ignis comburit ſint de complexione calida & ſicca: & ſunt frigidi & humidi ſi illa quę ignis comburit ſint de complexione frigida & humida. ¶Vapores ex quibus eſt fumus aſcendūt quoniam ignis ipſos ſuperius trahit: & cū in altum ſunt eleuati dilatant ſe & conuertūtur cū aliis vaporibus in nubes/& exeunt de nubibus ſole attrahente humiditatē aeris & aquæ quæ cum terra participat. ¶Et ſi ſint multum frigidę & humidę: deſcendunt & faciunt tenebras & caliginem.

De fulmine & tonitruo. Rub. LXXXIIII.

FVlmen: eſt ignis qui incenditur in ſphera ſua in ſubiecto valde calidę & ſiccę complexionis/ & illud comburit. ¶Eſt quidā modus fulminis qui eſt ignis ita egreſſus ex obuiatione vētorū ꝗ ſunt ex vaporibus calidis & ſiccis: ſicut ignis exit de lapide qui calybe percutitur. ¶Tonitruū: eſt rugitus bullitionis aquæ quam fulmen comburit cū incēditur in nube. ¶Et eſt alius modus tonitrui: quod eſt rugitus qui exit ex ventorum obuiatione. ¶Si fulmen quod incenditur habeat ſubiectum continuatum vſq̄ ad terram: deſcendit deorſum in terram. ¶Secundum ꝙ ſubiectum in quo fulmen extenditur eſt longum aut breue: eſt flāma ignis longa aut breuis. ¶Secūdum ꝙ ſubiectum fulminis ſit rectum vel obliquum: deſcendit fulmen per lineam rectam vel obliquam. ¶Id propter quod fulmen deſcendit per lineam ſtrictam & non amplam: eſt quia vapores ab illo fugiunt/& remanent illi qui ipſi ſunt magis ſimplex ſubiectum. ¶Linea

quam fulmen cõburit: eſt ex continuis vaporibus: & ſi aliud
ſuppoſitum ſit in ipſa illud comburit: & tranſit ad alios vapo
res qui cum ſuppoſito ſunt contigui. ¶ Secundum ꝙ fulmen 10
ſe mouet per lineam rectam vel obliquam: ſe mouet tonitruũ
per illam. ¶ Quãto plus fulmen terram appropinquat: tanto
plus ad illam tonitruum appropinquat. ¶ Fulmen eſt prius
obiectum oculorum: q̃ tonitruum ſit obiectum auriũ. ¶ Ful-
men & tonitruum ſunt in vno & eodem tẽpore: ſed oculi an-
te attingunt obiectum q̃ aures. ¶ Fulmen inducit timorẽ ocu
lis: & tonitruum auribus. ¶ Fulmen comburens vapores cali 15
dos & ſiccos ĩ hyeme: generat pluuiã: quę eſt ſpuma illi[9] bulli
tionis cuius eſt tonitruum. ¶ In æſtate in qua ſunt pauci va-
pores frigidi & humidi: non ſeqtur per fulmen neqꝫ per toni-
truum pluuia. ¶ Sicut per bullitionem vaporum quos fulmẽ
comburit fit motus aeris qui eſt tonitruum: ita fit terræmo-
tus propter obuiationem aquarum & aeris quę ſunt in cauer
nis. ¶ Sicut fulmen findit homines arbores & turres: ita terrę
motus terras findit & domos diruit. ¶ Cum aer incluſus in
cauernis non poteſt aquę reſiſtere quæ intrat cauernas aperit
& diffindit terram & erumpit: idcirco terra tremit. ¶ Antiq 20
tus plus erat terræmotus q̃ modo eſt: quoniam ex terra quã
aquæ ꝑtrahunt ad mare implentur cauernæ ſubterraneæ q̃
cum mari participant.

De ſono & voce. Rub. LXXXIIII.

SOnus: eſt obiectum auditus: & vox: eſt ſignificatio 1
conceptionis mentis. ¶ Sonus eſt creata proprietas
qui exit ex percuſſione: & eius figura exit de illo in
auditum. ¶ Sine auditu: figura ſoni non poſſet eſſe
in actu. ¶ Sonus eſt ens confuſum: & ei[9] declaratio conſiſtit ꝑ
vocales quæ ſunt partes ſimplices illius. ¶ Literæ conſonan- 5
tes: ſunt ex confuſione ſoni & ex ſuis ſimplicibus partibus.
¶ Sonus in literis conſonantibus: eſt ex vna parte ꝑ ſe cõfuſus
& ex altera parte clarus per ſuas partes ſimplices. ¶ Vox eſt
ex ſono: & plura habet diuerſa inſtrumenta. ¶ Vox vnum ha

bet inſtrumentum per linguam: aliud per lyram / aliud per campanam / aliud per organa. ¶Inſtrumentum aſcendit & deſcendit ad ſonum per literas vocales: & ſonus eſt in medio per literas conſonantes. ¶Vox eſt de ſono qui aſcendit & deſcendit: & eſt in medio. ¶Declaratio ſoni: eſt vox quæ habet complementum ſuum in aſcendendo & in deſcendendo & in ſuſtentando. ¶Vox declarat appetitus animalium: ſecundum ꝙ diffuſa eſt per ſpecies differentes. ¶Sine voce: ſonus vtilis ad aliquid non eſſet. ¶Per ictus corporum durorum eſt magnus ſonus: & maxime, ſi ſint concaua. ¶Sonus plus eſt per ſiccum & frigidum: aut per calidum & ſiccum: q̃ per aliam complexionem. ¶Sonus eſt maior in ciſternis q̃ in aliis locis: quia ibi plus viget aeris. ¶Confuſio variarum vocum: eſt reductio ad ſonum ſimplicem. ¶Sonus vltra parietes tranſit: quia tactus eſt in aere qui eſt linea continua qui cõtinetur intra & extra. ¶Quia ſonus colorem non habet videri non poteſt. ¶Per nullum inſtrumentum eſt vox tantũ imaginabilis: quantum per linguam.

De extenſione & reſtrictione. Rub. LXXXV.

Extenſio: eſt actus potẽtiæ quæ ſe vel aliud extẽdit ꝑ longum & amplum cõſummando profunditatem. ¶Reſtrictio: eſt potentia quę ſe & aliud reflectit de lõgo & amplo multiplicando profunditatẽ. ¶Ignis ſe extendit per calorem: & ſe reſtringit per ſiccitatem. ¶Aer ſe extendit per hũiditatẽ quã aquæ cõmunicat: & ſe reſtringit ꝑ calorẽ / quia ignis ſuum calorem ſibi dat cum ſiccitate quã accipit a terra. ¶Extenſio fit per appetitũ: & reſtrictio ꝑ cõtrariũ. ¶Extenſio eſt ꝑ influentiã: & reſtrictio per refluẽtiã. ¶Forma q̃ extenditur: ducit in actu longum & amplum quæ ſunt ĩ potentia / & illa reducit in potentia cum ſuam materiam reſtringit. ¶Extenſio fit maxime per calidum & humidum: & reſtrictio per frigidum & ſiccum. ¶Caro quando tangitur ſe extẽdit: et neruus ſe reſtringit. ¶Quia aurum eſt de igne obiectũ / et argentum de aq̃ & luna: eſt aurũ magis extẽſibile q̃ ar

gentum.¶Id propter quod aurum eſt magis ponderoſum q̃ 10
argentum:eſt quia in ipſo eſt plus de extenſiōe in potentia q̃
in argento. ¶Per hilaritatem extendit cor ſuam virtutem:
& per triſtitiam ipſam reſtringit. ¶Concordātia eſt ſubiectū
extenſionis:& contrarietas eſt ſubiectum reſtrictionis. ¶Hō
veridicus ſuam faciem dilatat cum loquitur : & homo men-
dax ipſam reſtringit.¶Audacia ſanguinem extēdit: & timor
ipſum reſtringit.¶Hyems poros reſtringit:& æſtas ampliat. 15
¶Auaritia manus reſtringit:& charitas illas dilatat.¶Volū
tas ſanguinem extendit per affirmationem:& ipſum reſtrin-
git per negationem.¶Ignis ceram extendit calore: & mel re-
ſtringit ſiccitate. ¶Guſtus ſuam virtutem extendit per dul-
cedinem:& ipſam reſtrīgit per amaritudinem. ¶Actus ima- 20
ginationis ſe extendit aut reſtringit:ſecundum quantitatem
obiecti quod attingit.

De tremore & ſyncopi. Rub.LXXXVI.

TRemor: eſt impulſio aeris qui mouet ptes corporis 1
in quo eſt incluſus/& a quib⁹ appetit exire.¶Animi
defectio vel ſyncopis:eſt nūci⁹ mortis.¶Tremor eſt
ex partibus cōtrariis ex quibus eſt compoſitus:quę ſe adiuicē
percutiūt.¶Tremor eſt motus inordinat⁹:qui eſt frequenter
per extenſionem & reſtrictionem.¶Tremor flammæ:eſt ex p 5
tibus quæ in ipſa ſeinuicē diuidunt.¶Gallus & beſtiæ ſe ex-
cutiunt:vt exeat aer per poros qui eſt incluſus/& per quem ac
cidit tremor.¶Homines aliquotiens ſubito tremūt ꝑpter cō
cuſſionē partiū:ſicut aer qui tremit propter tonitruū/et do-
mus propter terrę motum.¶Frigus poros claudit: et aer qui
non poteſt exire de corpore facit corpus tremere. ¶Homines
q tremūt et habēt febrē:tremūt quia in corpore aqua ebullit
quæ aerem mouet/qui corpus mouet. ¶Homo tremit pro- 10
pter timorem:quia partes corporis reſtringunt/et ꝑ hmōi re
ſtrictionē tremūt.¶Hoīes paralytici tremunt:ꝑpter partes ī
digeſtas a quib⁹ aer exire nō poteſt/et ipſę bulliūt.¶Homines
tremūt in morte:quia quædā partes impellunt/et aliæ reſtri-

guntur.¶Oculi tremũt propter verecũdiam: & cor propter ſuſpiria & propter curſum/& caput propter reſtrictionẽ ner
15 uorum.¶Tremor eſt ex minuto motu partiũ coniunctarum per diuerſas rectitudines.¶Propter debilitatem & ob famem tremit corpus:quoniam partes illius appetunt cibaria. ¶Hõ tremit propter riſum:quia ſanguis ebullit propter hilaritatẽ vbi caleſit calor naturalis.¶Animi defectio vel ſyncopis ẽ ap propinquatio mortis:quam partes corporis per inſtinctum na turalẽ exhorrẽt. ¶Animi defectio vel ſyncopis eſt deliberatio
20 naturalis moriendi aut viuendi ¶Animi defectio:eſt ex dor mitione partium viuarum.¶Homines qui ſyncopizant ha bent colorem croceum:quia calor naturalis foras exit.

De linea & puncto. Rub.LXXXVII.

1 Linea:eſt extenſa & ſtricta menſura determinata in ter duo puncta.¶Pũctus:eſt ſimplex pars lineæ quæ eſt indiuiſibilis.¶In bonitate eſt bonificatiuum vnꝰ punctus:& bonificabile alius/& alius bonificare:& ipſa eſt li nea extenſa in omnibus.¶Bonificatiuum diuidi non poteſt ĩ eſſentia bonitatis:quoniam ſi poſſet diuidi non eſſet hoc qđ ẽ
5 & eſſet bonificabile aut bonificare.¶Si ĩ eſſentia bonitatis bo nificatiuum diuidi poſſet in bonificabile aut ĩ bonificare aut in aliud bonificatiuum quod eſſet de ſua eſſentia: bonificati uum eſſet punctus & linea/quod eſt impoſſibile.¶Ex pluribꝰ punctis ſimplicibus & corporalibus eſt compoſita linea natu ralis:quibuſdã punctis ĩ aliis exiſtẽtibus per continuã quanti tatẽ.¶Quædã puncta ſunt ſubſtantialia:& quædam acciden talia.¶Punctus ſubſtantialis eſt ſimplex pars & corporalis:et punctus accidentalis eſt inſtrumentum illius partis. ¶Ex punctis ſubſtantialibus eſt linea ſubſtantialis: & ex punctis
10 accidentalibus eſt linea accidentalis. ¶In eſſentia ignis ignificatiuũ eſt vnus punctus ſubſtantialis:& q̃titas/ quali tas & actio illius ſunt puncta accidẽtalia illius quæ ſunt ſua ĩ ſtrumenta & ĩ ipſo ſuſtẽtata.¶Sicut ex pluribus lineis ſimpli cibus eſt vna compoſita:ita communis eſt ex pluribus pũctis

ſimplicibus linea vna compoſita & cõmunis.¶Sicut punctus ſimplex diuidi nõ poteſt:ita linea ſimplex diuidi non poteſt. ¶Sola linea compoſita eſt diuiſibilis:& punctus cõpoſitus ſimiliter.¶Corpus auri qđ eſt vnum in floreno: põt diuidi in duas aut plures partes.ſed eſſentia ei⁹ diuidi nõ poteſt.¶De 15
eſſentia auri nõ poteſt eſſe magis in maiori parte ꝙ̃ in minori. ¶Si minor pars quæ poteſt eẽ de auro eſſet diuiſibilis eſſet tã tũ de eſſentia auri & de ei⁹ forma & materia/de ei⁹ põdere & de actione & paſſione & colore in minori parte illius ſicut in maiori.¶Quia punctus naturalis & ſimplex abſq; alio puncto naturali eſſe nõ põt:non eſt diuiſibilis.& idem de ſimplici linea naturali.¶Punctus artificialis eſt figura pũcti naturalis:& linea artificialis eſt figura lineæ naturalis. ¶Calor eſt linea accidẽtalis & naturalis:& non eſt de punctis:ſed determinatur inter calefactiuum & calefactibile. ¶Quoniam calor 20
eſt propria qualitas ignis & appropriata aeris:eſt linea cõpoſita ex punctis extraneis per extranea ſubiecta.

De alteratione. Rub.LXXXVIII.

Alteratio:eſt potentia per quam de vno ad aliud deuenitur.¶Calor ignis eſt vnus:& alius ingẽtum eſt ab aere. ¶In omni communitate:eſt alteratio. ¶In generatione & corruptione:eſt alteratio de vno in aliud.¶Panis conuerſus in carnẽ non eſt aliud:ſed cum ipſe ſit corrupt⁹ 5
eius partes naturales ſunt ſub alio. ¶Principium naturale panis:ipſo pane:corrupto ſtat aliud in carne. ¶Quia panis vnam habet bonitatem/& caro in quam conuertitur aliam: alia eſt bonitas panis/alia carnis. ¶Omnis alteratio: fit per alterationẽ finis.¶Omnes partes panis ſũt propter finẽ ipſi⁹: & cũ panis tranſmutaẽ in aliam ſpeciem ſunt propter finem illius ſpeciei.¶Omnis alteratio:eſt per differentiã.¶Vna alte 10
ratio eſt per concordantiam:& alia per contrarietatem/¶Alteratio quæ eſt per cõcordantiam eſt per ſimilitudinẽ:& alteratio quę eſt per contrarietatem eſt per diſſimilitudinẽ.¶Fructus viridis alteratus in maturum:alterat⁹ eſt per concordan-

tiam.¶Per mores:vnus & idē hō aliquotiēs poterit eſſe alter. ¶Ille idē hō q eſt iuſtꝰ:eſt alter cū ſit iniuſtꝰ. ¶Hō iuſtꝰ cū in iuſtus efficiť:non eſt alter ī nūero.¶Potētia vnū actū hēt per vnā rationē:& aliū p aliā rationē.¶Hō hēt vnū actū p ītellectū:& aliū p volūtatē/& aliū p ſenſū.¶Ptās ignis p vnū modū ſe tradit ad calefaciēdum:& per alium ad lucendum/& per alium ad deſiccandum. ¶Gnālis ptās ſcdm ſuam ſpeciē ſemper eſt vna:ſed vnam ptē habet in vna ſpecie & aliā in alia ſpecie.

De vegetatiua. Rub. LXXXIX.

VEgetatio:ē potētia p quā fit trāſmutatio de vna ſubſtantia ī aliā.¶Partes vegetatiuæ: ſunt appetitiua/retētiua/digeſtiua/& expulſiua. ¶Per appetitiuam hūt q̄dā ſubſtātiæ appetitū ad alia:& p retētiuā retineť illud quod quædā ſubſtātiæ hūt ab aliis/& per digeſtiuā digeriť & fit tranſmutatio vnius ſubſtantiæ in aliam/& p expulſiuā exſpuunt & ſudant homines/& folia arborum cadunt. ¶Quia vegetatio materialiter eſt ex elementis/& formaliter de ſeipſa eſt a generante & non a creante.¶Ita eſt embrio in vegetatione in fœmina:ſicut ſemen in terra.¶Quia in vegetando vna planta eſt de alia:oportet ꝙ vegetatio ſit generata.¶Si vegetatio non eſſet generata:ſub ſpecie vnius vegetationis non eſſet alia.¶Si vegetatio nō eēt ī planta/& de animali in animal: nulla planta neq̧ corpus animatum appetitum haberet ad multiplicandum ſuam ſpeciem/qm̄ ipſam multiplicare non poſſet.¶Vegetatio:eſt creatura generalis & ſubſtantialis ad vegetationes particulares in quibus eſt diffuſa.¶Rationes & principia elementorum:ſunt naturalia inſtrumenta vegetationis.¶Ita eſt vegetatio inſerta ī elementatione:ſicut olea in oleaſtro.¶Vegetatio ita cōuertit ī ſuā ſpeciē illud q̄d ſibi venit ex elemētis:ſicut olea id q̄d imittiť ex oleaſtro ¶Pluuia ē elemētata:& terra in qua eſt planta & vegetatio plātæ cōuertit pluuiā/& terrā in ſpeciē plantæ. ¶Vna vegetatio eſt illa quā habet olea & alia vegetatio ē illa quā hēt ficulnea:& vtraq̧ conuertit vnam & eandem aquam & terram in ſuam ſpeciē

¶Homo & canis qui ouem comedũt: vegetant & trãſmutãt 15
in ſuã ſpeciẽ carnes ouis.¶Vegetatio ita imprimit ſuã eſſen-
tiam vegetato:ſicut ignis ſuã eſſentiã imprimit ignificato &
calefacto.¶Vegetatio nõ poteſt eſſe ſine generatione:nec ge-
neratio ſine ipſa.¶Per vegetationẽ:eſt filius ſui patris & ma-
tris & frater ſui fratris.¶Vegetatio habet in planta appetitũ
ad folia/flores/& fructus:& ignis ad calefaciendũ illa. ¶Inſtin 20
ctus & appetitus naturalis vegetationis: mouet in planta &
in corpore animato inſtinctum & appetitum cuiuſlibet ele-
menti/& alia principia ipſorum.

De ſenſitiua. Rub.XC.

SEnſitiua:eſt illa ſubſtãtia de qua eſt ſenſitiuũ/& pro- 1
priũ ſenſibile/& ſentire.¶Senſitiua:eſt generalis ani
ma quæ diffuſa eſt in plures ſubſtãtias animatas &
ſenſatas. ¶Si ſenſitiua generata non eſſet de vna ſubſtantia
in aliam: nullus filius eſſet de patre ſuo neq; de matre ſua.
¶Senſitiua habet ſex potentias:quæ ſunt viſus/auditus/odo
ratus/guſtus/tactus/& affactus.¶Senſitiua:per viſum ſentit 5
colorẽ/per auditũ ſonũ/per odoratũ odores/per guſtum ſapo-
res/per tactũ calorem/famẽ/ſitim/& dolorem/& per affactũ
delectationẽ & triſtitiã.¶Quoniã ſenſitiua eſt inſerta in ve-
getatiua/& vegetatiua in elementatiua:attrahit ſenſitiua ad
ſentiendũ virtutẽ elementatiuę & vegetatiuę.¶Senſitiua per
ignem habet calorẽ in tactu: & per ſe calorẽ ſentit. ¶Sẽſitiua
per vegetatiuã habet ſaporẽ in guſtu: & per ſaporem ſentit.
¶Sicut vegetatiua nõ cõuertit in ſuã ſpeciẽ elemẽtũ ſimplex
ſed compoſitũ:ſic ſenſitiua nõ cõuertit in ſuã ſpeciẽ elemẽtũ
ſimplex neq; vegetationẽ ſimplicem ſed elementũ cõpoſitũ &
cõpoſitũ vegetatũ.¶Quia ſenſitiua cõuertit in ſuã ſpeciẽ ele 10
mẽtũ cõpoſitũ & cõpoſitũ vegetatũ: eſſentialiter ſunt in ipſa
elemẽta ſimplicia/& cõpoſita/& vegetata.¶Sicut elemẽtũ cõ
poſitũ eſt ex ſimplicibus/& vegetatũ cõpoſitũ ex ſimplicibus
vegetationibus ſpecialibus: ſic eſt ſenſitiua cõmunis ex ſuis
ſimplicibus partibus quę ſunt ſex ſenſus. ¶Sẽſitiua in ſuo p-

prio ſenſibili.attingit extrinſecũ ſenſibile. ¶Color plantæ eſt extrinſeca ſenſibilitas:& ſenſibilitas quę eſt de eſſentia ſenſus eſt priuata ſiue propria. ¶Sẽſitiua in ſentiẽdo dulcedinẽ/ ſuũ facit inſtrumẽtũ ex vegetatiua: quoniã ipſam abſq; vegetare ſentire nõ poteſt. ¶Sẽſitiua in ſentiẽdo calorẽ ſuũ facit inſtrumẽtũ ex elementatiua : quoniã abſq; calefacere ipſum ſentire nõ poteſt. ¶Sẽſitiua vegetatiuã mouet ad vegetãdũ & elemẽtatiua ad elementãdũ:vt ipſas moueat ad ſentiẽdũ. ¶Motus quẽ habent vegetatiua et elementatiua per ſenſitiuam eſt appropriatus:et ille quẽ habẽt ex ſe eſt proprius. ¶Vna et eadẽ poteſtas per ſpeciẽ eſt illa quæ eſt ſenſitiuę/ vegetatiuę/et elementatiuę:ſed eſt diſtincta inq̃tum ipſę ſunt diſtinctę. ¶Vegetatiua in vegetando/et elementatiua in elementando:fortificant ſenſitiuam. ¶Senſitiua fortificando et multiplicando ſuũ ſentire: fortificat vegetare vegetatiuę/ et elementare elementatiuę cum quibus participat.

De imaginatiua. Rub.XCI.

IMaginatiua:eſt potẽtia ex ſimilitudinibus corporalibus et abſtractis. ¶Imaginatiua: eſt generalis creatura et principiũ: et eſt diffuſa in pluribus ſubſtantiis animatis. ¶Imaginatiua:eſt inſerta in ſenſitiua/et de ipſa trahit ſimilitudines/et idem de vegetatiua et elementatiua. ¶Similitudines ſubſtantiarum ſenſatarum/vegetatarum/et elementatarum attrahit et imprimit ad ſe imaginatiua:et in ſe ipſa ipſas attingit. ¶Sicut ignis ad ſe attrahit ſubſtantiam calefactam/et aqua ſubſtantiam infrigidatam:ita imaginatiua ſubſtãtiam imaginatam ad ſe trahit. ¶Imaginari eſt actus imaginatiuę:et eſt actus impreſſionum ſimilitudinum abſtractarum. ¶Oculi vident colorem et figuram determinatam ſubſtantiæ obiectatę: et cum obiectum dimittunt imaginatiua retinet ſimilitudinem illius obiectationis oculorum. ¶Imaginatiua:in ſenſitiua colligit ſimilitudines vegetatiuę et elementatiuę. ¶Sicut ſpeculũ eſt inſtrumẽtũ ſimilitudinũ præſentiũ: ſic imaginatiua ſpeculũ ſimilitudinũ ſenſibus cor

poralibus abſentiũ.¶Rationatiua: in imaginatiua accipit ſi- 10
militudines ſubſtãtiarũ corporaliũ.¶Secũdũ ꝙ imaginatiua
diſpoſita eſt ad accipiẽdũ ſimilitudines: eſt diſpoſita rationa-
tiua ad accipiẽdum ipſas.¶Imaginatiua: eſt libera potẽtia ad
multiplicãdũ ſpecies phãtaſticas & ad trahẽdas quaſdã ſimi-
litudines ex aliis.¶Sicut volũtas eſt libera in electione: ita li-
bera eſt imaginatiua ĩ aſſimilatiõe.¶Imaginatio eſt generale
& primũ iſtrumẽtũ opationis artificialis: & ex ipſa deriuant
artes mechanicę.¶Imaginatio eſt cauſa & prĩcipiũ primũ ad 15
induſtrias brutorũ animaliũ: ſicut diſcretio ad modũ viuẽdi
hominũ.¶Imaginatio ſentiri nõ põt: quoniã ipſa eſt ſimilitu
do q̃ attigit ſenſum aſſimilatũ & imaginatũ.¶Imaginationẽ:
diſcretio attingit p recolere/intelligere/& amare.¶Sicut ca-
lor imaginationẽ nõ calefacit: ita vegetatio imaginationẽ nõ
vegetat.¶Sicut olea inſerta in oleaſtro trahit ad ſuã ſpeciem
naturã illiꝰ: ſic trahit imaginatiua ad ſuas ſimilitudines/ſilĩ-
tudines illarũ potẽtiarũ q̃ ſub ſe exiſtũt.¶Imaginatiua eſt ex 20
pluribus poſitiuis ſilĩtudinibꝰ creatis: & ipa eſt generale ſpecu
lũ ad ſilĩtudines cõcreatas ex ſubſtãtiis corpalibꝰ accipiẽdas.

De rationatiua. Rub.XCII.

RAtionatiua: eſt illa anima quę eſt pars hominis/ qua 1
recolit/intelligit/& amat.¶Memoria/intellectus/&
voluntas: ſunt partes ſubſtãtiales animę rationalis.
¶Anima rõnalis eſt creata & nõ generata: cũ ſit ſubſtãtia ſpi
ritualis.¶Anima rationatiua: informat corpus hoĩs qđ eſt ex
elemẽtatiua/vegetatiua/ſenſitiua/& ex imaginatiua/quę oẽs
ſunt potẽtiæ corporales.¶Anima iuſta ita mouet corpus ad 5
ſuũ finẽ moraliter: ſicut olea mouet oleaſtrum naturaliter in
quo eſt inſerta.¶Anima rationatiua eſt immortalis: quia nõ
eſt ex cõtrariis.¶Anima noſtra eſt inſtrumẽtũ: quo ſubſtãtię
corporales ſuũ finẽ in deo attingũt.¶In illo tẽpore in quo em
brio diſpoſitus eſt vt ſit ex anima ratiõali animatꝰ: eſt anima
creata.¶Si anima creata eſſet anteq̃ eſſet embrio: eſſet poten-
tia in aliqua ſubſtãtia/aut eſſet ocioſa.¶Neqꝫ ſenſitiua neqꝫ 10

imaginatiua:animā rationalē attingere poſſunt.¶Per animā rationalē:eſt corpus pars hoīs. ¶Si corp⁹ faceret ꝙ aīa ꝑ ipm pars eſſet hoīs:īformaret aīam. ¶Cū aīa ſit cōiūcta cū corpe: mouet oēs ptes corpis ad hoc vt ſint hoc qđ ſunt.¶Separatio
15 quā aīa rōnalis facit a corpore:eſt mors corporis.¶Quia memorabilitas/itelligibilitas/& amabilitas dei durabiles ſunt in æternitate:aīa eſt in ęuiternitate durabilis. ¶Quia aīa nō eſt generata:nulla aīa eſt parēs alteri⁹.¶Aīa nō comedit neqꝫ bibit:ſed eſt īſtrumētū corporis ad comedēdū & bibēdū. ¶Oēs ſubſtātię corpales creatę ſunt a deo:ad ſeruiēdū aīę rationali. ¶Oēs corporales ſubſtātię:nō valent vnā aīam rationalē ſe-
20 cūdū naturā.¶Nulla creata poteſtas:participat cū tot rebus ſicut poteſtas animæ rationalis cōiūctę ptibus corporalibus.

De corpore. Rub.XCIII.

1 Corpus:eſt ſubſtantia compoſita.¶Partes corporis: ſunt corporalis forma & materia.¶Forma & materia corporis: ſunt ex minutis ptibus corporalibus.
5 ¶Minuta ps corpalis:eſt linea ſubſtātialis.¶Minima pars corporalis:eſt pūctus corporalis q eſt corpalis lineæ pars. ¶Subſtātialis bonitas: q̄ eſt natura & pars corporeitatis:eſt pūctus naturalis lineæ corporalis. ¶Magnitudo ſubſtātialis & corporeitatis pars:eſt pūctus lineæ corporalis. ¶Ex pluribus pūctis corporalibus fit linea corporis:& ex plurib⁹ lineis vna lōgua/alia lata/& alia profunda fit corpus. ¶Quia quælibet pars lineæ corporalis eſt diſpoſitio trianguli: eſt corpus ex li-
10 neis naturalibus per longum/latum/& profundum.¶Superficies non eſt pars corporalis corporis: ſed eſt terminus illius: ¶Omne corpus rotundum:habet per triangulum/longum/latum/& profundum. ¶Omne corpus rotundū & ſphericū: habet ꝑ circulū ptes obliquas.¶Partes obliquę circuli: ſunt ex ptibus rectis quadrāguli & trianguli.¶Poſito triāgulo in quadrāgulo:exeūt ex ābobus ptes obliquę terminatę in circu-
15 lo.¶Nullū corpus:eſt extra circulū/quadrāgulū/& triāgulū. ¶Sine circulo/quadrangulo/& triāgulo:corp⁹ nō haberet id

de quo eſſet. ℂOmne corpus habẽs figuram: occupat locum.
ℂIn compoſito: eſt vnum corpus confuſum in alio. ℂAbſq; fu 20
ſione & pditione ſitus & figuræ ſpecialis: nõ poſſet eſſe in nũ
mo ex argento & auro/vnum corpus in alio.

De homine. Rub. XCIIII.

HOmo: eſt eſſe/quod eſt actus humanitatis. ℂHomo 1
eſt hæres ſubſtantiarum corporalium. ℂHomo: eſt
homo per humanitatem. ℂId quod ſequitur de hu
manitate: eſt actus eius. ℂInqtum homo eſt conſequentia hu 5
manitatis eſt per accidẽs: & inqtũ eſt de hũanitate eſt ſubſtan
tia. ℂHomo eſt ex anima rationali & corpore: poſitus in ter-
tio numero. ℂHomo: eſt imago dei incarnati. ℂDeus incarna
tus: eſt homo per humanitatem/& eſt deus per deitatem.
ℂDeus: dimiſit fines rerum corporalium homini. ℂOmnes 10
ſubſtantiæ corporales ad ſeruiendum homini createꝫ ſunt. vt
homo plura habeat quibus deo ſeruire poſſit. ℂHomo
peccator: deſtruit hæreditatem quam deus ſibi dimiſit. ℂHo-
mo intelligit/& amat/imaginatur/ſentit/vegetat/ & calefacit
ſuum corpus: et mouet ſuas rationes ad ſuos actus. ℂInqtũ
homo ſuam voluntatem mouet ad amandum: eſt voluntas ĩ
ſtrumentum amandi ſiue ad amandum. ℂAmare eſt per vnũ
modum actus hominis: et per alium voluntatis. ℂPercuſſio 15
quam homo facit malleo in clauo: primo eſt ab homine qui
mouet malleum et vltimo eſt a malleo. ℂIn bono homine
exaltãtur omnes ſubſtantiæ corporales: et in malo homine fit
cõtrarium. ℂIn quolibet homine eſt aliqd de oĩbus creaturis:
et quilibet homo poteſt de omnib9 creaturis. ℂHomo poteſt
de ſole/inquantum ab ipſo calorẽ accipere poteſt: et poteſt de
aqua inquantum de ipſa potare poteſt/et poteſt de planta inq
tũ ex ipſa comedere poteſt/et poteſt de oculis inquantum ip-
ſis videre poteſt/et poteſt de imaginatione inquantũ ipſa ima
ginari poteſt/et poteſt de rationatiua inquãtum ipſa rationa-
ri poteſt/et poteſt de deo inqtum ipſum amare/recolere/et in
telligere poteſt. ℂNobilitates quæ ſunt ĩ homine per creatio

20 tionem: nemo in hac vita dicere poſſet/neq; ſcribere. ¶Deus non tantum diligit firmamentum/neq; elementa/neq; elemẽtata ex illis: quantum diligit vnum hominem bonum.

De vigilia & dormitione. Rub. XCV.

1 Vigilia eſt diſcurſus ſenſus: & dormitio eſt eius quies ¶In corpore animato elementatiua non ceſſat elemẽtare/nec vegetatiua vegetare: ſed ſenſitiua ceſſat per dormire. ¶Vigilia imaginatiuę & ratiõatiuæ: eſt cõſequẽtia vigilationis ſenſitiuæ. ¶Quia ſenſitiua pati non poteſt magnum appetitum quem ſuæ partes in ſentiendo: data eſt ipſi
5 quies per dormitionem. ¶Senſitiua dormit: quia ſuſtinere nõ poteſt magnum appetitum/quẽ imaginatiua & rationatiua habent in accipiendo ſimilitudines & ſpecies ipſius ſenſitiuæ ¶Senſitiua dormit: vt ſuum ſentire/actus elementatiuæ & vegetatiuæ non impediat. ¶Sicut per magnam abundantiam imaginandi & rationandi eſt impeditum ſentire: ita per magnam abundantiam ſentiendi impeditum eſt calefacere & digerere. ¶Dormitio eſt per repreſſionem actuum potentiarum quæ in ſeipſis ſuos actus reprimũt: & vigilatio eſt per extenſionem illorum actuum. ¶Vigilatio fit per apertionem pororum factam vaporibus ſiccis frigidis / & calidis ſiccis/qui excitãt ſenſitiuam ad ſentiendum & in cerebro imaginatiuam ad imaginandum.: idcirco homines colerici & me
10 lancolici vigilant pluſq̃ alii. ¶Quia vapores ſicci claudũt poros contra vapores humidos qui aſcendunt ad excitandum imaginatiuam in cerebro/quod eſt humidum/ dormiunt animalia: & idem de vaporibus frigidis qui claudunt poros contra vapores calidos in corde quod excitat volũtatem ad amãdum. ¶Multum amare/procurat vigilationem: & modicum amare dormitionẽ. ¶Id ꝓpter quod homines q nimis ieiunauerunt dormire non poſſunt: eſt quia inſtinctus & appetitus naturales requirũt procurationem cibariorum. ¶Id propter quod homines qui nimis comederũt & biberunt dormire nõ poſſunt: eſt quia natura requirit vacuitatem repletionis per

vomitū/aut per ſudorē/aut balneū/aut per iter & laborē. ¶Ex
citatio cōſiſtit per tactū/aut per clamorē/ aut per malū odorē:
& dormitio eſt per cōtrariū. ¶Dormitio eſt imago mortis: et
vigilia eſt imago vitæ. ¶Ille qui vigilat ponit in tēpore mul- 15
ta: & ille qui dormit nihil ponit. ¶Ita dormitio eſt quies cor
poris naturalis: ſicut ſtatio ē quies curſus. ¶Quia natura ho
minū infirmorū multū laborauit: magnū habēt in dormiēdo
placitū. ¶Quia vigilia eſt finis dormitionis: nō deberet homo
nimis dormire. ¶Quia dies eſt propter vigilias & nox ꝓpter 20
ſomnū: eſt vigilia per cōplexionē calidā & ſiccā/ & ſomnus per
complexionem humidam & frigidam.

De ſomnio. Rub. XCVI.

SOmniatio: eſt actus confuſus vigiliæ & ſomni. ¶Si- 1
cut mulus eſt in tertia ſpecie ſpeciei equi & aſini: ita
eſt ſomniatio in tertia ſpecie vigiliç & ſomni. ¶Sōnia
re: eſt ſecundum differentes actus potentiarū. ¶Si in homine
abundat plus vna complexio q̄ alia: ſomniabit plus ſimilitu-
dines illius cōplexionis. ¶Qui cholericus eſt ſępe ſomniat res 5
calidas & croceas: & q eſt ſanguineus res humidas & rubras/
& qui eſt phlegmaticus aquas & res frigidas & albas/ & q eſt
melancholic9 domos & res nigras & ſiccas. ¶Per vegetatiuā:
ſomniant homines influentias & refluētias neceſſarias ad ve-
getandum & ad multiplicandū humanam ſpeciem. ¶Per ſen
ſitiuā: ſomniant homines ſimilitudines appetituū ſenſuū par-
ticularium. ¶Oculi ſi ſunt in magna abundantia videndi: ap
petunt colores videre/ & per illū appetitū ſomniant homines
pulchra (ſi ſanguinis cōplexio ſit) prope vigilationē/ ſi melā-
cholica ī profūda nocte ſomniāt homines ꝙ vidēt res turpes.
¶Si homo in die plura verba audiuerit: propter cōſuetudinē
audiēdi cū dormiet ſomniabit aliquas ſimilitudines illorum
verboꝝ: et ſi in ipſo regnat ſanguis ipās ſimilitudines ſomnia
bit cū placito: & ſi ī ipſo regnat melācholia ipſas ſomniabit cū
diſplicētia. ¶Si in loco in quo homo ſomniat vnus odor plus 10
regnat q̄ alius ſecūdū ꝙ aer eſt purus aut corruptus: ſomnia-

bit ſecundũ diſpoſitionẽ illius aeris res odorabiles boni odoris aut mali odoris. ⁋Si homo qui ſomniat habeat indigentiam comedendi aut bibendi/aut ſi vna complexio eſt magis repleta q̃ alia: cibaria ſomniabit/ aquas/vomitum/ aut ſudorem/& ſic de aliis rebus ſimilibus iſtis & pertinentibus ad guſtum per dulcedinem aut per amaritudinẽ. ⁋Si corpus hominis qui dormit ſentit frigidum ſomniabit res frigidas/& ſi iaceat in lecto duro ſomniabit res duras: & ſic de aliis rebus ſimilibus tactui. ⁋Si homo habeat appetitum dicendi verba in ſomniando: habebit appetitũ loquẽdi/& ad dicẽda verba quę habeant aliquã declarationẽ cõceptionis quã ipſe deſiderat ꝑ verba manifeſtare. ⁋Imaginatiua eſt centrũ ſomnii: q̃a in ipſa multiplicat ſpecies ꝑ quas animalia ſomniant. ⁋Si memoria plus retineat aliquas ſimilitudines ſpecierũ aliquarũ q̃ ſimilitudines aliarũ ſpecierũ: imaginatiua ſe cõuertit ad illas cõfuſe per ſomniũ. ⁋Secũdũ ꝙ intellectus eſt prõptior ĩ ſomnio ad intelligendũ: plus vnũ obiectũ q̃ aliud inducit ad imaginatiuam ad illud imaginandũ. ⁋Voluntas eſt illa potentia quæ homines maxime inducit ad ſomniandũ: quia ipſa habet magis ſubitaneũ/velociorem & magis acutum appetitum q̃ aliæ potentiæ. Et ſecundum ꝙ voluntas habuit in vigilando maiorem appetitũ ad vnã rem q̃ ad aliã: procurabit ſibi ſomniũ ſimilitudinem illius rei. ⁋Bonus angelus aliquando inducit homines ad ſomniandũ ſe facere aliqua bona opera: vt ipſa faciant cũ fuerint in vigilia. ⁋Malus angelus homines ſomniare facit ꝙ faciant malum: vt ipſum faciant cum vigilauerint. ⁋Deus: in ſomniis reuelat plures veritates hominib⁹ quoniã in dormiendo ſunt magis innocẽtes homines q̃ in vigilãdo: idcirco bonus angelus melius poteſt cũ hominibus ꝑticipare in dormiẽdo q̃ in vigilãdo/& ex ꝑte dei eis veritatẽ reuelare.

De firmamento. Rub. XCVII.

Firmamentũ: eſt vltimũ corp⁹ & maximũ/& qđ in ſe oĩa corpa cõtinet. ⁋Firmamẽtũ: ẽ aĩatũ motu circulari vt ſeipm moueat ſine ponderoſitate & leuitate.

¶Ita cōpetit firmamento habere animā per mouere: ſicut cōpetit vegetatiuę habere animam per vegetare. ¶Firmamentum eſt ex partibus minutis: quę circulariter ſunt motiuę & mobiles. ¶Quoniā aries ſe mouet ad taurum/ & taurus ſe mouet ad geminos/ & gemini ad cancrū/ & cancer ad leonem/ & leo ad virginē/ & virgo ad librā/ & libra ad ſcorpium/ & ſcorpius ad ſagittariū/ & ſagittariꝰ ad capricornū/ & capricornus ad aquariū/ & aquarius ad piſces/ & piſces ſe mouent ad arietem: ſe mouet firmamētū per ſeipſum/ & ad ſeipſum & habet motū circularem. ¶In illa rectitudine in qua piſces ſe mouēt ad arietem: ſe mouet ſaturnus ad arietem/ & cæteri planetę ſequūtur rectitudinē ſaturni in motu. ¶Ex motu ſignorum & planetarū accidit obuiatio corporū cœleſtiū: & ex illa obuiatione exit influētia & virtus & motus moderās corpora inferiora. ¶Sicut aries ſe mouet ad taurū/ & taurus ad geminos/ ſe mouent circulariter partes ſolis: quoniā pars pūctalis quæ eſt in medio corporis ſolis ſe mouet ad cōſequēs/ & ſic de parte in partem vſq; ad ſuperficiem rotæ ſolis. ¶Sol in mouendo ſeipſum: mouet totā ſuā ſpheram ad ſeipſum. ¶Sicut corpus rotundū qđ de monte deſcendit vſq; ad planitiē ſeipſum mouet ſua rotūditate & pōderoſitate: ita ſe mouet ſol ſua rotūditate & appetitu ptis circularis in circulari. ¶Sol q̄tūcūq; ſe mouet: ſemper eſt ī meridie. ¶Stella fixa: eſt aggregatio lucis in aliquo loco circuli in firmamento. ¶Stella erratica: eſt aliqua pars diuiſa a firmamento & eſt incenſa & colorata luce firmamenti. ¶In ſtellis errantibus quę ſunt planetæ: fit digeſtio & diſpoſitio influentiarū quas ſtellæ fixę tranſmittūt in inferiora. ¶Firmamentū influentiam tradit ſaturno/ & ſaturnus ipſam tradit ioui/ et iuppiter ipſam tradit marti/ et mars ſoli/ et ſol veneri/ et venus mercurio/ et mercurius ipſam tradit lunæ. ¶Ignis & cætera elementa ſecūdū ſuam diſpoſitionē: accipiūt influentiā a luna. ¶Corpora cęleſtia non ſunt de complexionibus elemētorū: ſed habent dominiū et actionem in ipſis. ¶Sol et luna diſponūt: quomodo ī ſphera ignis tradatur in-

fluentia corporum cœleſtium/quæ venit ad corpora inferiora.¶Illud propter quod ſol & luna ſunt maiores q̃ aliæ ſtellæ: eſt quia habent commune officium. ¶Sol & luna ita habent commune & proprium officium: ſicut perſona communis.¶Aſtrologus reſpicit naturas corporum cœleſtium: & ſecundum illas iudicium facit de inferioribus.

De vmbra. Rub. XCVIII.

Vmbra: eſt pars tenebrarũ quæ eſt confuſus color partiũ qbuſdã in aliis exiſtẽtib⁹.¶Sicut calor aquæ caleſactæ actũ frigiditatis priuat: ita vmbra in aere priuat actũ lucis.¶Sicut lux priuat vmbrã: ita vmbra priuat lucẽ. ¶Sicut lux eſt inſtrumentũ ſolis & ignis ad illuminandũ: ita eſt vmbra inſtrumentum terræ & chaos ad obſcurandum ¶Sol & ignis: ex vmbra faciunt partes diſcretas. ¶Vnum & idem lumen: facit plures vmbras in pariete/aut in terra.¶Secũdum ꝙ ſol arborem ex vna parte illuminat: facit ex vmbra ſuam figuram in terra.¶Si vmbra non eſſet ens poſitiuũ: nõ faceret ex ipſa ſol figuram in terra. ¶Quia in locis ĩ quibus vmbra eſt remediũ calorũ: eſt ſignificatũ ꝙ vmbra eſt per confuſum calorem ſpiſſum/ex aqua & terra.¶Aer in abſentia lucis/eſt obumbratus: & in præſentia lucis eſt illuminatus. ¶Sicut color extraneus quem criſtallũ accipit a corpore cũ ſupra ipſũ poſitũ ẽ/eſt vmbra: ita in aere vmbra eſt extraneus color/ cum in ipſo ſtant vapores groſſi & ſpiſſi ex confuſo calore terræ & aquæ.¶Sicut cryſtallũ per ſuam diaphanitatem recipit omnes colores: ita aer ꝑ ſuã diaphanitatem recipit colorem lucis & vmbræ.¶Si nec eſſet ignis nec ſtellæ: omnia eſſent in tenebris. ¶Fumus & caligo & nubes: faciunt vmbram in aere ¶Sicut dies eſt centrum lucis: ita nox eſt centrum vmbræ. ¶Sicut ignis ex ligno fumum ꝓiicit q eſt vmbra vt ipãm illuminet: ita ſol nubes proiicit quæ ſunt vmbra aeris/vt ipſum illuminet. ¶Illud propter quod oculi in camera ĩ quã claritas non intrat videre non poſſunt: eſt qa ſunt in tenebris.¶Quia in tenebris non eſt lux/& oculi videre non poſſunt ſine luce:

videre nõ poſſunt in tenebris nõ determinata per lucẽ.❡Illud
propter qd homo qui eſt in vmbra arboris videt: eſt quia vm
bra participat de luce.❡Supra lunam:non eſt aliqua vmbra. 20

De metallis. Rub.XCIX.

MEtallũ:eſt cõpoſitũ in quo elemẽtũ eſt magis depura 1
tũ. ❡Sicut pinguedo eſt propter magnã abũdantiã
nutrimẽti:ita metallũ eſt ꝑpter magnã abũdãtiã ꝑ
curatę ſimplicitatis elementi.❡In nullo elemẽto cõpoſito ha-
bet elemẽtũ ita ꝑprie ſuã ſimplicitatẽ: ſicut in metallo.❡Pro-
pingores ſunt aqua & aer ĩ criſtallo: q̃ terra & ignis in pipere.
❡Ferrũ in fornace calidiꝰ eſt q̃ carbo: qa terra & ignis maiorẽ 5
habẽt in ipſo ſiccitatẽ q̃ in carbone.❡In corporibꝰ vegetatis:
ſunt elemẽta magis mixta q̃ ĩ nõ vegetatis. ❡Sal ẽ metallũ ex
aqua ſalſa.❡Criſtallũ eſt metallũ ex aqua dulci.❡Smaragdus
& marmor ſunt metalla ex aqua: & adamas & ſapphirus ex
terra/& carbũculus & granata ex aere/& calcedonius & tho-
paſſius ex igne.❡Plũbũ:eſt ex terra.❡Stãnũ:eſt ex aere.❡Fer- 10
rũ eſt ex igne.❡Aurũ:eſt ex igne.❡Cuprũ:eſt ex aere. ❡Argẽ 15
tũ viuũ:tenet ex auro & plũbo ꝑ põderoſitatẽ/& ex argẽto &
ſtãno ꝑ colorẽ & mollitiẽ/& diſpoſitũ eſt ad oĩa quatuor elemẽ
ta.❡Argẽtũ:ẽ ex luna/ex die lunę/& aqua. ❡Oẽ metallũ ꝑdu
ctũ eſt & generatũ naturaliter:& ꝑ inſtinctũ & appetitũ/ & lo
cũ/& ꝑ tẽpus naturale.❡Ferrũ eſt in potẽtia in lapide:& ꝑdu
citur in actũ ꝑ artificiũ.❡Nullũ metallũ:eſt potẽtialiter ĩ alio
metallo.❡Species metallorũ:prius ſunt per naturã q̃ per arti- 20
ficium.

De angelis. Rub.C.

ANgelus:eſt illa ſubſtãtia q̃ deo eſt ſimilior. ❡Nullus 1
angelus:eſt ps totius.❡Quilibet angelus:cũ ſua ſpe
cie cõuertit.❡Si qlibet angelus cũ ſua ſpecie nõ con
uerteret:eſſet ꝑ corruptionẽ & generationẽ.❡Ita aſſimilãtur 5
angeli ꝑ ſpecies: ſicut hoĩes ꝑ ſpeciẽ aſſimilant.❡Quidqd ange
lus habet ĩ potẽtia:totũ ꝑducit ĩ actũ. ❡Quia angelus nõ ha
bet corpus:totꝰ ſe cõuertit:ad recolẽdũ/itelligẽdũ/& amãdũ.
❡Quia ãgelus nõ habet corpꝰ:nõ occupat locũ nec ſucceſſiu

tp̄is eſt ei⁹ motui neceſſaria. ℭAngelus nō habet ſciētiā p̄ ſucceſſionē aut p̄ acq̄ſitionē: ſed in inſtāti & p̄ īfluētiā. ℭQuia angelus nō habet corp⁹: neq̄ ſenſus/neq̄ imaginatio ip̄m attigere poſſunt. ℭBon⁹ āgel⁹ ītelligit & amat deū ſupra ſuā naturā: & ītelligit & amat ſeip̄m ſcd̄m ſuā naturā. ℭAngel⁹ q̄ diligit aliū ī deo: illū ītelligit ī deo. ℭAngel⁹ q̄ attīgit aliū: attigit illū ſua natura. ℭIntellect⁹ angeli: ē ſpeculū ī quo apparēt veritates q̄ ip̄i ſunt p̄miſſę ad ītelligēdū. ℭVolūtas angeli: ē dulcedo ī qua attīgunt amabilitates q̄ ip̄i ſūt cōceſſę ad amādū. ℭAngelus non dubitat/nec credit: neq̄ curat de negatione. ℭMalus angelus illud qđ ītelligit ī deo: odit. ℭMalus angel⁹: peruerſus eſt p̄ p̄uerſionē ſuę volūtatis ī oīb⁹ actibus ſuarū rationū. ℭOēs actus dęmonis: aberrāt a finib⁹ ſuarū rōnū. ℭBoni angeli: ſunt nūcii quos deus trāſmittit ad cōſciētias bonorum hominū.

PROVERB. Rȩmundi Pars TERTIA

De Incarnatione filii dei. Rub. I.

INcarnatio filii dei: eſt vnio naturę diuinę & humanę in vna perſona. ℭDe⁹ pater miſit filiū ſuū ad aſſumēdā carnē: & filius ip̄ſam aſſumpſit/& ſanctus ſpiritus ip̄m carne induit. ℭQuia ſanctiſſima virgo ſp̄ūi ſctō cōſenſit: p̄ ip̄m cōcepit filiū deū hoiem. ℭVirgo īduit filiū dei humanitate/& ī filio humanitas fuit facta homo. ℭPater ſuum filiū trāſmiſit ad aſſumēdā carnē: vt cū oīb⁹ creaturis p̄ticiparet. ℭSp̄ūs ſanctus filiū īduit hūanitate: vt oēs hoīes tāq̄ fratres diligeret. ℭPropter humanitatē quā fili⁹ aſſūpſit: repatiōnē oīm hoīm diſpoſuit. ℭSāct⁹ Gabriel p̄ patrē fuit nūci⁹ miſſ⁹ ad virginē miſericordię dn̄am: & ſctūs ſp̄ūs qđ ānūciatū fuit/p̄ cōceptionē adipleuit. ℭQuia pater filiū p̄ducit: illi cōpetit miſſio. ℭEt q̄a ſp̄ūs ſctūs eſt a patre

et filio:cõpetit ei diuinę & humanę naturę vnitio. ¶Quia creatura eſt filia dei per creationẽ: decet filiũ eſſe hominẽ qui eſt creatura. ¶In ita magna virtute/bonitate/fine/& veritate ſe habet deus ad ſuũ effectũ p volũtatẽ:ſicut per ſapiẽtiã & poteſtatẽ. ¶Quia deus eſt incarnatus:p hominẽ plus poteſt intelligi & amari. ¶Si deus nõ diligeret id per qđ plus poteſt intelligi & amari:diligeret plus id per qđ multũ intelligi nõ poteſt nec amari. ¶Deus plus poteſt exaltare per incarnationẽ:q̃ per creationẽ. ¶Deus plus poteſt creaturã in ſeipſo exaltare:q̃ in ipſa. ¶Quia deus eſt vnus:plus põt vnũ hominẽ i ſeipſo exaltare q̃ plures. ¶Virgo MARIA dña oĩm & regina noſtra in incarnatione ſecũdũ naturã ſuã ĩpoſſibilitatẽ cõſiderauit:& poſſibilitatẽ ſecundũ diuinã pietatis inclinationẽ & naturã. ¶Quia virgo glorioſa humiliauit ſuã naturã diuinę naturę: exaltauit natura diuina in ſeipſa naturã dominę glorioſę. ¶Sicut deus maximã operationẽ quã habere poteſt/habet ĩ ſe per generare & ſpirare:ſic habet maximã operationem quã habere poteſt in creatura per incarnare.

De IHESV CHRISTI natiuitate ex virgine. Rub. II.

QVia IHESVS CHRISTVS cõceptus fuit in fœmina virgine:oportuit eũ naſci de fœmina virgine. ¶Naſcẽte hoĩe ex fœmina & deo exiſtẽte illo homine:deus natus eſt ex fœmina. ¶Sicut homo cõceptus fuit ſupra humanã naturã:ita natus eſt ſupra curſum naturę. ¶Ad ſignificãdũ poteſtatẽ quã deus habet ſupra naturã:tranſiit in natiuitate CHRISTI corpus p corpus ſine corruptione corporis. ¶MARIA mater CHRISTI oĩm regina & dña mirabat:qñ ſuũ filiũ vidit & virginem ſe ſenſit. ¶Quia IHESVS CHRISTVS natus fuit de virgine:nõ habuit appetitũ multiplicandi ſpeciẽ ſuã. ¶Naturaliter IHESVS CHRISTVS dilexit eſſe virgo:quia natus eſt ex virgine. ¶Deus natus fuit in humana ſpecie:inq̃tũ natus fuit ex fœmina. ¶MARIA mater dei tota fuit ĩ ſanctitate.qa ex ipſa nata fuit ſctĩtas. ¶Dña noſtra dolorẽ nõ habuit in pariẽdo filiũ:qa filius erat gloria.

¶Omnes natiuitates aliorum non ſunt tam bonę:q̃ natiuitas dei & hominis.¶Natus infinitus:eſt natus in finito homine. ¶Natus æternus:eſt natus in tempore per hominē.¶Qui eſt infinitum bonū & infinita virtus: natus fuit de finito bono
15 & de finita virtute.¶Natus eſt:de quo naſcitur omnis miſericordia & pietas.¶Natiuitas IHESV CHRISTI:eſt finis oīs natiuitatis.¶Gaudiū MARIAE reginę mundi:fuit magnū ſecūdū magnitudinē natiuitatis filii ſui.¶Ex humili fœmina & in humili loco:natus eſt IHESVS CHRISTVS.¶Inter animalia q̃ humiliata ſunt ad ſeruitutē:natus fuit IHE-
20 SVS CHRISTVS. ¶Natus fuit IHESVS CHRISTVS in palea humili:non in ſerico & purpura ſuperba.

De paſſione IHESV CHRISTI. Rub.III.

1 IHESVS CHRISTVS mortē ſuſcepit in humana natura:vt diuinā naturam honoraret. ¶IHESVS CHRISTVS mortē obiit ꝑpter amorē hoīs:vt homo ꝑpter ſui amorē mori deſideraret. ¶IHESVS CHRISTVS ſua grauiſſima morte multos hoīes onerauit:& multos exonerauit. ¶Deus per originale peccatū hoīes perdidit: & IHESVS CHRISTTS ipſos deo ꝑ ſuā grauiſſimā mortē
5 recuperauit. ¶Deus ī hoīe mori voluit:vt cū malo pœnę pticiparet qđ eſt creatura.¶Si IHESVS CHRISTVS mortuꝰ nō fuiſſet:deus in hoīe experiētiā de malis q̃ hoīes ſuſtinēt nō habuiſſet.¶Propter pœnā quā deus ī hoīe ſuſtinuit:excitatꝰ eſt ad miſericordiā & pietatē hoīm.¶Quēadmodū IHESVS CHRISTVS ſua morte magnū peccatū deleuit:ita oportuit ipm ī cruce magnā pœnā ſuſtinere.¶Quia IHESVS CHRISTVS voluit magnæ pœnę habere experiētiā:voluit magnā
10 pœnā ſuſtinere.¶Q̃to corpꝰ IHESV CHRISTI fuit magis tenerū & innocēs q̃ aliud corpꝰ qđcūq:tāto oī alio corpe erat magis patiēs.¶Sicut corpꝰ IHESV CHRISTI ſuſtinuit maiorē pœnā:ſuſtinuit maiorē vituperationē.¶IHESVS CHRISTVS pœnā habuit ꝑ ſuā grauiſſimā mortē/ & ꝑpter penetrātē dolorē quē virgo mater eiꝰ ſuſtinuit.¶IHESVS Chri-

ſtus in cruce pœnā habuit:qm̄ ſciebat ꝙ ii q ipſm cruciabant
pœnā ſubirēt ſēpiternā.¶Tota hūana natura IHESV Chri
ſti pœnā habuit:& tota diuia pœnā ī ipſo agnouit.¶Cū IHE- 15
SVS Chriſtꝰ voluerit tā graue mortē ꝑpter hoiem ſuſtinere
qs ē ille q plus vitā diligere debet q̄ p CHRISTO mortē ſuſti
nere!¶IHESVS Chriſtus ſe tradidit morti:vt melius deo pa
tri ſe traderet.¶Nemo meliꝰ deo ſe dare pōt:q̄ ille q ſe dat ad
moriēdū ꝑpter illiꝰ amorē.¶Ah q̄ bene viuit:q ꝑpter deū mo
ri deſiderat!¶Melius eſt mori ꝑpter deū: q̄ ꝑpter oīa viuere.
¶Magnā iiuriā facit deo:q ꝑp illiꝰ amorē tīet mortē ſuſtiere. 20

De deſcenſu IHESV CHRISTI ad inferos. Rub.IIII.

PRopter peccatū originale:Adā/Abrahā/Iſaac/Iacob 1
& plures alii ſcti ſteterūt ī inferno. ¶IHESVS Chri
ſtus ſua morte vicit diabolū:& in ſua aīa deſcēdit ad
inferos ad liberādos ſanctos.¶Sūmā lętitiā habuit Adā:quā-
do vidit ſe & prolē ſuā q̄ bona eſſet p Chriſtū liberatā. ¶Pul-
chrū erat ſpectaculū/quo CHRISTVS dęmonū deuicit tyrā
nicā cateruā. ¶CHRISTVS qa hūanā reparationē maxime 5
dilexit:eā protinus nūciauit.¶Dū Chriſtus deſcēdit ad infe-
ros:viſa ē lux magna ī tenebris.¶Dū Chriſtū videbāt diaboli:
pœnituit eos miſſi ī cor Iudę cōſilii.¶Chriſto pulſante q̄rebāt
diaboli:qs eſt iſte rex glorię! ¶Ingēs fuit alacritas:videre Chri
ſtū e tenebris trāſire ad gloriā.¶Sūmus fuit terror damnatis: 10
noſcētibus pœnā ſuā fore æuiternā. ¶Mirati ſunt dęmones
aīę Chriſti vidētes victoriā:& īſignē p̄dā.¶Dixit dux īferorū
mortis princeps:qs eſt iſte tā potēs/q tā magnas rupit cathe-
nas!¶Ah q̄ magnā viſionē pacis habuerīt ſancti:cū IHESVM
Chriſtū ſaluatorē ſuū viderūt! ¶Vt ſūme doluit ī morte xp̄i
Maria Dauid filia:ita ſūme gauiſꝰ Dauid ī ſui liberatiōe.¶Di 15
xit Abrahā ad Dauid o q̄ magna & bōa ē filia nr̄a:q̄ talē/tā po
tētē/tā bonū genuit nobis filiū.¶Abrahā dixit Dauid: cōſola
ta ē filia & regina nr̄a:qa ſcit nos de loco carceris eductos bn̄di
cti filii ſui gr̄a.¶Dixit Abrahā ad Dauid:mortua fuiſſet bn̄di
cta filia nr̄a vidēs filiū ſuū moriētē:niſi p̄ſciuiſſet nr̄am libera-

tionē.¶IHESVS Chriſtus ſanctos eripuit de pœnis:& ipſos ad
patrē ī cęlū ad hndā btitudinē trāſuexit.¶Dauid dixit ad Abra
hā:vtinā filia ex ſtirpe nra pgenita nobiſcū eēt:p quā tāta ſal⁹ &
btitudo ē nobis parta.¶Abrahā rñdit ad Dauid:Digna eſt vt q̄
20 tātā peperit felicitatē:pxia ſit cū filio ad ſummā beatitudinē.

De reſurrectione IHESV CHRISTI. Rub.V.

1 IHESVS Chriſtus tertia die reſurrexit ad īſinuādā ſan
ctā trinitatē: ad cui⁹ honorē voluit crucifigi.¶Voluit
aīa IHESV Chriſti vt corp⁹ reſurgeret:poſtq̄ diabolū
deuicerat.¶Deitas volūtatē aīę cōpleuit:& ei corp⁹ viuū reddi
dit ac reſuſcitatū.¶Poſtq̄ IHESVS Chriſt⁹ id cōpleuit pppter
qd mortē ſuſcepit:iniuriā accepiſſet/niſi reſurrexiſſet.¶IHE
5 SVS Chriſt⁹ mortē ſuſcepit pter amorē:& Magdalenę appuit
pter amorē.¶Cōſidera q̄ īgēs gaudiū habuit virgo mater:cū
filiū ſuū vidit a mortuis reſuſcitatū.¶Si virgo mater a filio q̄ſiſ
ſet an iterū mori poſſet:reſpōdiſſet fili⁹ q̄ nō oporteret.¶Mors
filii fuit mri mltū laborioſa:ſed viſio reſurrectiōis mlto magis ſo
latioſa.¶Regina mr nō potuiſſet de reſurrectōe filii ſui dubitarē:
10 qn vidit eū vt viuētes comedere.¶Iheſus xp̄s lat⁹ ſuū ſctō Tho
mę oſtēdit:ad ſignificādū q̄ ille q mortu⁹ fuerat/vere reſurrexit.
¶Dubiū qd habuit ſctūs Thomas:fuit exēplū q̄ hō veritatē de
deo & de ſuis opib⁹ īqrere debeat.¶Exēplū qd Iheſus xp̄s dedit ī
comedendo fauū mellis/ſignificabat q̄ illi argumētis & neceſſa
riis rōib⁹ cognoſci placebat.¶Exēplū qd IHESVS Chriſt⁹ dedit
de ſua reſurrectiōe:fuit ſignū gñalis reſurrectiōis futurę.¶Cū
apli viderāt Chriſtū reſurrexiſſe:ſi ipi multū plorauerāt/multo
magis debuerūt gaudere.¶Iheſus Xp̄s reſurrexit ī corpe:& apli
15 reſurrexerūt ī mēte.¶Virgo mr doloris oblita:maiore ſolito ſo
labat gaudio.¶Poſt reſurrectionē Iheſu Xp̄i:apli ſedulo oē of
ficiū qd ſolebāt Chriſto īpēdere impēdebāt matri.¶Reſurrectio
Iheſu xp̄i:ē exēplum oīs pfectiōis & oīs boni.¶Qñ beat⁹ Petrus
IHESVM xp̄m reſuſcitatū videbat: valde verecūdabat q̄ ipm
negauerat.¶IHESVS CHRISTVS tradidit beato Petro ec
20 cleſiā/ad ſignificādū indulgentiā: quia ſe negauit & illi remiſit.

De aſcenſione IHESV CHRISTI. Rub. VI.

IHESVS CHRISTVS ad cœlos aſcendit: & ſedet 1
ad dexteram patris ratione: victoriæ quam in cru-
ce habuit. ℂPr̃ in dextera ē fortis ad redimēdũ & dã
dã miſericordiã: & in ſiniſtra fortis eſt ad faciendam iuſtitiã
ℂFilius cum humanitate quam aſſumpſit, ad dexterã patris
aſcendit: vt ibi coniuncta eſſet humilitas & pietas. ℂQuoniã
filius ad incarnationem & paſſionem fuit humiliatus: eſt ad
dexteram ſui patris ſuper omnia exaltatus. ℂDecet patrem 5
talem habentem filium: omnibus modis clementem eſſe atq;
pium. ℂIHESVS CHRISTVS ad cœlum ſupremum aſcen
dit: quoniam ille locus eſt ſupremæ beatitudinis atq; gaudio-
rum. ℂSi IHESVS CHRISTVS qui ſuis procurauit & acq̃
ſiuit beatitudinem ad cœlum locum beatorum non aſcendiſ
ſet: pater filio iniuriam feciſſet. ℂQuia locus inferior & terre
nus ē de corruptiōe: nõ decuit IHESVM CHRISTVM ęter
num regem corporaliter ĩ terris remanere. ℂCum IHESVS
CHRISTVS fuit in ſummo beatorum cęlo: curia patris fuit
plenior omni gloria & gaudio. ℂMirabantur angeli ex mul- 10
tiplicata gloria: quam attulit eis CHRISTI IHESV præ-
ſentia. ℂSol non ſic implet hunc mundum claritate: vt domi-
nus IHESVS CHRISTVS totum cœlum impleuit ſuæ hu
manitatis maieſtate. ℂIn cœlo cœlorum: fuit dominus IHE-
SVS ſummus dominus omnium agminum cœleſtiũ. ℂQ̃
vere Gabriel ab angelis meruit laudari: qui de tanto rege fe-
licem nuncium ad virginem attulit? ℂPropter præſentiam
throni IHESV CHRISTI: ſedes ſanctorum poſitę ſunt in cõ
ſpectu dei. ℂValde a patribus beatis Ioãnes cõmendari debu 15
it: qui eis in lymbo IHESVM mundi liberatorem nunciauit/
& eius in mundo nuncius præcucurrit. ℂSancti IHESVM
CHRISTVM totis viribus laudabant: & IHESVS CHRI-
STVS patri laudes offerebat. Pater aũt acceptat q̃d offert fi
lius: qui eũ eſſe voluit qui eſſet omnium ſaluandorum ſalus
ℂOmnes aĩas & om̃s angelos quos glorificat CHRISTVS

amore implet ſpiritus ſanctus. ¶IHESVS CHRISTVS in-
quantum homo pſallit & laudat diuinam naturam: inquan-
tum deus participat laudem ſuam. ¶Laus CHRITI omnes
20 præit: & eã ſequuntur animarum & angelorũ iubila. ¶Mira-
ti ſunt angeli: quomodo laudes ſuæ magnitudine & bonitate
creuerunt in laude CHRISTI.

De die iudicii. Rub. VII.

1 IHESVS CHRISTVS in die iudicii: bonos & ma-
los iudicabit. ¶In fine mũdi ceſſabit generatio & cor
ruptio hominum: vt ſit vltimum & generale iudi-
cium. ¶Quilibet homo ĩ ſuo numero reſurget: vt ille qui bo-
nũ aut malũ fecerit: iudicetẽ vt decet. ¶In illo die: malis abſcõ
5 deẽ miſericordia in diuina maieſtate. ¶Oportet vt ille q futu
rus eſt iudex deus ſit & homo: vt iudicium credatur / & iu-
dex audiatur & videatur. ¶Per viſionem iudicis: confident
ſaluandi & terrebuntur damnandi. ¶In die iudicii erit ꝓmiſ
ſa gloria æuiterna ſaluatis: & pœna æuiterna dãnatis. ¶IHE
SVS CHRISTVS dicet ſaluatis venite bñdicti patris mei:
10 & dicet damnatis ite in ignem æternũ a deo maledicti. ¶IHE
SVS CHRISTVS crucem ſuam omnibus manifeſtabit: qua
diabolum deuicit / & qua ſaluationem ſaluandorum procu-
rauit. ¶Omnia facta & opera domini IHESV CHRISTI
teſtimonium facient: & in ei⁹ iudicio nemo dubitabit. ¶Om
nes homines ſaluati / erunt reges: & omnes damnati erunt dę
monũm ſerui. ¶In illo die ſeparabitur in perpetuũm: cõſortiũ
bonorum hominum & malorum. ¶Felices erũt omnes ſalua-
15 ti: & ſummę miſeri / damnati. ¶Omnia peccata damnatorum
reuelabuntur cum verecundia: & omnia peccata ſaluatorum
erunt obliuioni tradita. ¶De bonis quæ dãnati fecerunt nul
la erit memoria: & omnia bona quæ fecerũt ſaluati / erunt om
nibus reuelata. ¶In illo die non erit tẽpus excuſationis et pœ
nitentiæ / neq; erit tempus petendæ veniæ. ¶In illo die pecca
tores nec deũ latere: nec a dęmonib⁹ poterunt effugere. ¶In il
lo die finietur operatio quam natura habet in inferioribus:

pariterqꝫ hoīm completus erit numerus. ¶Ille dies q̃ erit dies ſummę laudis & ſupremæ triſtitiæ: non habebit alium diē poſt ſe. ¶Multū videtur mihi ꝙ ille ſit temerarius: qui illum diem cogitans manet interritus.

De mandatis. ¶Ne habeas deum alienum. Rub. VIII.

DEus præcipit hominibus: ne habeant deum alienum. ¶Deus præcepit hominibus: ne credant idolis. ¶Ille credit in idolum: qui plus aliud q̃ deum diligit. ¶Ille credit in deum extraneū: qui negat id eſſe in deo quod in ipſo eſt: & qui affirmat in ipſo aliquid eſſe quod non eſt. ¶Præceptum: magis competit domino qui eſt deus q̃ alii domino qui non eſt deꝰ. ¶Præceptū dei: eſt præceptū cuiuſqꝫ alterius pręcepti. ¶Omnis homo melius debet deo obedire: q̃ alicui alii domino. ¶Obedientia quę domino deo debetur: eſt principium omnium aliarum obedientiarum. ¶Priuſq̃ alii obedias: deo obedias. ¶Deficere non potes: ſi prius deo obedias q̃ alicui alii. ¶Adeo nobilis eſt dominus: ꝙ omne ipſiꝰ p̄ceptum eſt leue. ¶Nullum præceptū te obligat: contra præceptum dei. ¶Maiorem amorem tibi oſtēdit deus quando tibi præceptum facit: q̃ tu ei quādo tu obedis illi. ¶In omni mādato conditionem conſidera/niſi in mandato dei: quia deꝰ tibi facit pręceptum cum amore. ¶Deo obedire non potes: ſi ipſum non diligis. ¶Iniuriam facis deo: ſi frequenter nō recolis præceptum dei quod eſt pręceptum amoris. ¶Pręceptum quod deus facit homines liberos facit: & omne aliud præceptum ipſos in carcerē ponit. ¶Omne præceptum eſt extraneum: excepto præcepto dei. ¶Omnia dei pręcepta: ſunt cū iuſtitia: ¶Deus tibi facit præceptum: propter tuam vtilitatem & bonum: & non propter ſuum vſum.

Sabbatum ſerua. Rub. IX.

DEus præcipit vt homo feſtū obſeruet: quoniam ipſe eſt feſtum. ¶Deus: eſt feſtum quietis. ¶Deꝰ: eſt feſtum hilaritatis, quoniam ipſe eſt gloria. ¶Deꝰ vult ꝙ homo/de deo feſtum faciat: vt in deo p̄cipue & ſancte gau-

deat.¶Facias feſtū:in recolendo/intelligendo & amando deū. ¶Deus vult vt in vno die ſeptimanæ nō labores:vt in illo die impedimētum nullum in cogitando & amando diuinum honorem habeas.¶Feſtum ſpirituale:non fit in corporali comeſtione & potatione.¶Facias feſtū:vt tua peccata recolere poſſis atq; intelligere.¶Ille facit maius feſtum qui voluntatē ſuā induit diuino amore:q̄ qui corpus ſuum induit ſerico & purpura & precioſa veſte.Qui de deo feſtum non facit: facit feſtū de diabolo.¶Plus valet feſtum per orationes: q̄ per gallinarū & perdicum comeſtiones.¶Meliores ſunt in feſto fletus & ſuſpiria:q̄ in capite regis pulchra corona. ¶Maius feſtum facit deo vna humilis fœmina paupercula:paupe chlamyde īduta: q̄ pulchra fœmina ſuperba talari veſte precioſa auro & gemmis ornata.¶Feſtum eſt ad honorandum deū: &ad pauperes adiuuandum. ¶Talis credit ſe facere deo feſtum:qui ei facit dedec⁹ ac vituperiū.¶Maius feſtū deo facies per bonā cogitationem:q̄ per pulchram vocem.¶Qui in hac vita feſtum nō facit deo:deus illi feſtū non erit in alio ſęculo. ¶Feſtum:requirit ſanctitatem & bonam cōſcientiam.¶Facias feſtum ex cruce tuis oculis:& ex ſermonibus dei facias feſtum tuis auribus ¶Malum eſt illud feſtum: quod præbet occaſionē ad pœnam, verecundiam ad peccatum.

Non accipias nomen dei in vanum. Rub.X.

QVi per deum iurat & ipſum peierat: nomen dei in vanum accipit.¶In nullo nomine eſt verbum ita nobile:ſicut in nomine dei.¶Qui nomen dei iurat:nomen dei ad illud pro quo iuratur comparat.¶Deus tibi præcipit ne peieres in ſuo nomine:vt ipſum non inhonores. ¶Cum iuras/ inſtrumentum nomen dei facis:& plus id propter quid iuras q̄ nomen dei diligis. ¶Qui per nomen dei peierat:nomen dei vendit.¶Deus pręcipit ne vendas aliquid quod ad ſe pertinet:quoniam ipſe ſolus pluſq̄ omnia valet.

¶Deus eſt finis omniũ rerũ:& qui de eo vana loquitur habet eũ tanꝗ vanũ.¶Nihil de deo ſentire potes niſi nomen ſuũ: & ſi illud iuras in vanũ/ponis finem appetitũ tuũ.¶Nomen dei in vanũ accipis:quãdo ipm adſumens vadis cõtra finẽ bonũ. ¶Sicut ſumpto nomine dei plus dicis veritatis ſi nõ mẽtiris: ſic plus dicis falſitatis ſi ipo aſſumpto mentiris.¶Sicut i noie dei eſt maior virtus ꝗ in alio:ſic maius viciũ habes in illo ꝗ in alio ſi mentiaris eo aſſumpto. ¶Quia nomen dei eſt melius ꝗ aliud:facis maius malũ in eo ꝗ in alio ſi eo abuteris. ¶Honora plus nomen dei:ꝗ regẽ vel ꝗ oïa creata.¶In verbo: nomen dei eſt verbũ dei.¶Melius eſt nominare nomen dei cũ reuerẽtia:ꝗ omnes nũmos habere in arca. ¶Qui nomẽ dei nominat cũ veritate:participat cũ deo. ¶Deus iuſte illum increpat:q falſe ipſum nominat. ¶Deum nomina propter ſui amorem: & non ob aliam occaſionẽ.¶Omnis diabolus terretur:quãdo nomen dei nominatur.

Non facias falſum teſtimonium. Rub.XI.

FAlſum teſtimoniũ de deo facit: qui in ipſo dicit aliquid eſſe/qđ in ipſo nõ eſt/& qui negat de ipſo qđ in ipſo eſt.¶Negare veritatem de deo: eſt maximũ mẽdaciũ.¶Bonã famam quã per falſum teſtimoniũ aufers a ſancto viro:reſtituere non potes. ¶Qui falſum facit teſtimoniũ: contra veritatem dei cõmittit mendaciũ. ¶Falſum teſtimoniũ:eſt diaboli teſtimonium. ¶Finis teſtimonii:eſt veritas. ¶Qui falſum dicit teſtimoniũ:fine priuat verbũ ſuũ.¶Nullꝰ diabolus:verum teſtimoniũ facit.¶Qui falſum teſtimonium facit:ſocius eſt diaboli.¶Qui falſum teſtimoniũ facit:ſuã mẽtem falſam facit.¶Qui falſum facit teſtimoniũ:opus ſuũ facit malum. ¶Nihil eſt ita remotũ a charitate: ſicut falſum teſtimoniũ.¶Qui falſum facit teſtimoniũ:ſuũ os facit fine vacuũ. ¶Falſum teſtimoniũ plures homines errare facit & dubitare:ꝗ aliud viciũ. ¶Ex falſo teſtimonio:magnũ accidit malũ. ¶Falſum teſtimoniũ: celare non potes.¶Falſum teſtimoniũ: deſtruit veri teſtimonii finẽ bonũ.¶Falſum teſtimoniũ pſonę

cõmunis: eſt peius q̄ perſonæ particularis. ¶Falſum teſtimo:
20 nium:plures inimicos procurat. ¶Omne falſum teſtimoniū
in die iudicii manifeſtum erit atq; reuelatum.

Honora patrem & matrem. Rub. XII.

1 HOnora deum:qui tuus eſt pater per creationē & per
omne beneficium. ¶Honora ſanctā eccleſiā:quæ eſt
tua mater per ſalutis viam. ¶Honora patrē tuū &
matrem tuā:qui te progenuerūt. ¶Patrem & matrem:qui te
5 nutrierunt honora. ¶Qui ſuū patrem & matrem non hono-
rat:principia ſua inhonorat. ¶Honor patris naturalis nō eſt
tantus:q̄tus eſt honor patris cœleſtis. ¶Ex patre inhonorato
& matre inhonorata:nō eſt filius niſi inhonoratus. ¶Seipſum
inhonorat:qui ſuum patrem & matrem inhonorat. ¶Qui ſe
10 ipſum non honorat:nullum honorat. ¶Si deus honorem tui
patris qui homo eſt diligit:quanto magis honorē ſuū diligit?
¶Qui diligit honorē eoꝝ q̄ parua ſunt:multo magis diligere
debet honorem eorum quæ magna ſunt. ¶Maior honor com
petit deo:q̄ omnibus rebus. ¶Qui deum non honorat plus q̄
quodcunq; aliud:in nullo ipſum honorat. ¶Sicut deum ma-
litia honorare non potes:ita ipſum paruitate honorare non
15 potes. ¶Si patrem tuū & matrem tuā parū honoras/deū inho
noras:q ipſos tibi dedit tua principia & tui eſſe cauſas. ¶Qui
alium non honorat:ſeipſum honorare non poteſt. ¶Honora
virtutem:& vitiū inhonora. ¶Teipſum & amicum tuū: vir-
tutibus honora. ¶Qui dominū ſuum terrenum inhonorat:ſe
20 ipſum inhonorat. ¶Qui ſeipſum patientia & humilitate ho-
norat:non poteſt inhonorari.

Non facias furtum. Rub. XIII.

1 DEus vult vt furtū non facias:vt in ipſo ſpem habeas/
& cū tuo proximo charitatem. ¶Qui bonū qđ deus
facit ſibi ipſi attribuit:illud bonum furatur. ¶Teip
ſum des deo:& aufer te a diabolo. ¶Non fureris ab aliquo:
5 ſuam bonam famam. ¶Denarios ocioſos:a pauperibus fura-
ris. ¶Panem quem comedere non potes:furaris ab egentibus.

¶Homini quod facere potes & non facis: furaris a deo. ¶Nõ fureris ab aliquo: ſuum honorem. ¶Maius furtum facit qui bonam famam furatur: q̃ qui furatur theſaurum. ¶Non fureris a teipſo: quod tuum eſt. ¶Qui aliquid a ſuo proximo furatur: a deo furatur. ¶Noli furari a tua memoria: bonum recolere. ¶Non fureris a tuo intellectu: verum intelligere. ¶Non fureris a tua volũtate: magnum & iuſtum amare. ¶Aufer ab oculis tuis vana pulchra: & ab aurib⁹ tuis vana verba. ¶Aufer a manibus tuis mala opera: & a tuis pedibus malas vias/ & a tua lingua delicata cibaria. ¶Aufer a tua imaginatione: vanitates. ¶Noli furari quia deus ſemper habet quod iuſtis donet. ¶Quando furari volueris: recole ſupplicium. ¶Noli a tuo domino furari: obedientiam & honorem debitum.

Non occidas. Rub. XIIII.

Deus tibi præcipit vt non occidas hominẽ: quia vult eum viuere quem fecit ad ſuam imaginem. ¶Iudex tantummõ habet ptãtem occidendi hoiẽm: vt faciat iuſtitiam. ¶Occidere vnum hominem ne plures occidat: iudici non eſt malum. ¶Teipſum non occidas: quia non es tuiipſius iudex. ¶Qui hominem occidit: hominem reddere non poteſt. ¶Non occidas animam tuam: peccato. ¶Non occidas tuũ corpus: propter denarios. ¶Non occidas pauperes: auaritia. ¶De malo malũ: & de homicidio homicidium. ¶Viuas inſons: vt non moriaris. ¶Non occidas nimio labore tuũ aſinum qui te iuuat ad viuendum. ¶Non occidas canem: qui te cuſtodit. ¶Occide ſerpentem: quia habet venenum. ¶Non occides pios: quia ſunt amici dei. ¶Superbiam occide: humilitate. ¶Non occidas bonam famam: proximi tui. ¶Occide malos appetitus: tuæ ſenſitiuæ. ¶Non occidas bonum nomẽ tuum: mala conuerſatione. ¶Nemini licitum eſt: virtutem occidere. ¶Occide peccatum: quod te vult occidere.

Non mœchaberis. Rub. XV.

DEus vult vt fornicationē non comittas:vt matrimonium diligas.¶Luxuriam fugias:vt ſis ſanctus. ¶Non committas luxuriam:vt ſis legalis. ¶Non perpetres luxuriam:vt diu viuas.¶Non forniceris:vt habeas filios legitimos.¶Adulterium odias:vt caſtitatem diligas. ¶Nulla voluptas tantum valet in fornicatione : quantum caſtitas in voluntate. ¶Noli luxuriæ ſeruire: vt ſis dominus tui corporis. ¶Ex luxuria : ſequitur immunditia. ¶Frequentius cogita in turpitudinib⁹ luxuriæ:q̄ in voluptatibus.¶Qui luxurioſus eſt:non vtitur ratione. ¶Luxuria: facit homines: beſtiis q̄ hominibus ſimiliores. ¶Qui luxuriam facit:bis ipſam facit. ¶Quanto plus cogitabis luxuriam amando:tanto plus amabis rē tibi fugiendam.¶Quanto plus cogitabis de luxuria odiēdo:tanto magis odies ipſam ¶Exemplum luxuriæ:plura mala facit. ¶Si non ſis luxurioſus:non feras ſigna luxuriæ.¶Vita hominis luxurioſi:eſt maxime contraria vitæ angelorum. ¶Homo luxurioſus:quietem non habet.¶Qui cū luxuria ſeneſcit:cū luxuria moriet̃.

Non concupiſces vxorem proximi tui.

Rubrica. XVI.

NOn cōcupiſcas vxorem vicini tui:vt ſis ei legalis. ¶Quilibet homo:eſt vicin⁹ tuus per ſpeciem.¶Nō concupiſcas:rem quam deus dat alteri. ¶Si concupiſcas vxorem tui vicini:tua vxor concupiſcet maritum ſuæ vicinæ. ¶Concupiſcentia:amicitiam hominum diuidit. ¶Frequenter ſuſpitionem ponit in ſuo vicino:qui vxorē eius concupiſcit. ¶Plus poteſt tuus vicinus te adiuuare: q̄ vxor tua.¶Si concupiſcas vxorem vnius vicini tui:omnes alii tui vicini te ſuſpectum habebunt.¶Qui malum habet vicinum: eſt vicinus diaboli.¶Malum matutinum & veſperum per vicinū cōcupiſcentē vxorem tuam habebis. ¶Inuidia malorū vicinorū:ſemp creſcit ¶Cū occurrat tibi pulchra vxor vicini tui:claude oculos tuos ¶Nimis ſuū vicinū fatigat : q ipſū zelotypū facit.¶Nulla diſcordia peior ē q̄ diſcordia vicini.

ℭMalũ vicinũ:díe noctuq; tímeas. ℭVẽde & da domos tuas: 15
& fuge malũ vícinum.ℭVícino tuo:vxorem tuam non lauda
ℭVxori tuæ:non lauda vícinum tuum.ℭNon loquaris cum
vícino tuo:de tua vxore.ℭCuſtodias te magis a tuo vícino: 20
q̃ ab alío.

Non cõcupíſcas res proximi tuí. Rub.XVII.

DEus non vult vt concupíſcas poſſeſſiones vícini tui:
quia deus ípſas dedit illi. ℭSi concupíſcas bona tui 1
vícini: deum eorũ quæ dat reprehendis.ℭConcupiſ
cere nõ poſſes: ſi deus quod daret nihil haberet. ℭQuare cõ
cupíſcis: qñ neſcis quantũ víues. ℭNon procura:vt homo 5
concupíſcat ea quæ habes.ℭInimícus facit proximum rebus
ſuis inuidere:quí inuidiam facit de bonis ſuis. ℭQui cõcupiſ
cit bona aliorum:illis inuidet. ℭInuidus:non quieſcit.ℭRes
tuí vícini:illi non collaudes.ℭInuidiam procuras: ſi tuo víci 10
no res tuas collaudas.ℭOccide inuidiam:charitate.ℭInuid⁹:
nec habet iuſtitiam/neq; ſpem.ℭHominem ĩuidũ & pigrum:
non tímeas.ℭInuido:aliquid tuarũ rerũ non tradas.ℭNimis 15
eſt inuidus:quí inuidet regi.ℭOmnis inuidia:afficit triſtitia
ℭPauper inuidus:quietem non habet. ℭDeſiderare potes ſi-
milem vineam:ſed non illam ad quam habes concupiſcentiã.
ℭInuidia:eſt nuncius proditionis.ℭInuidia:aufert & non re- 20
ſtituit.

ℭDe ſacramentis:& primo/de primo ſcilicet ma-
trimonio. Rub.XVIII.

MAtrimonium: eſt ſacramentum quod deus inſti- 1
tuit in paradiſo terreſtri inter Adam & Aeuam.
ℭDeus vult contrahi matrimonium:vt liberos ha-
beas ex authoritate ſua. ℭNon vult deus:vt homo vta-
tur bonis ſuis ſine ſua auctoritate.ℭAdeo nobilis eſt homo:q;
deus nõ vult vt ſit generatus inordinate. ℭDeus vult cõtra 5
hi matrimonium:vt communicet ſuam poteſtatem preſbyte
ro qui ſacramentum miniſtrat.ℭMatrimonium:eſt legalis ſo
cietas viri & fœminæ.ℭMatrimonium:ligat virum & mulie

rem ad vnum finem. ¶Matrimonium te ligat: ad vxorem tũam accedere p̄cipue vt liberos procrees. ¶Matrimoniũ: fit inter duos in vna carne. ¶Matrimonium: eſt primꝰ ordo & maximꝰ ſecundũ mũdum. ¶Qui facit contra matrimonium: facit contra magnum ordinem. ¶Qui facit contra magnum ordinẽ: facit magnum peccatũ. ¶Matrimonium: eſt regula caſtitatis. ¶In matrimonio: generatur homo cũ ſanctitate. ¶Matrimonium: eſt per conceptionem mentis & verbi/quod mentem manifeſtat. ¶Per matrimoniũ: eſt filius legitimꝰ. ¶De ordine matrimonii: exeunt alii ordines. ¶Qui facit contra matrimonium: eſt deo inobediẽs. ¶Matrimoniũ eſt ordo parẽtũ. ¶De matrimonio: mulieres verecundiam non habent.

De baptiſmo. Rub. XIX.

Baptiſmus: eſt lotio peccati originalis. ¶Baptiſmus eſt introitus fidei. ¶Ex baptiſmo IHESV CHRISTI: ortum habuit omnis alius baptiſmus. ¶IHESVS CHRISTVS baptiſmũ propter neceſſitatem ſuã nõ accepit: ſed propter noſtram. ¶Deus & preſbyter: per baptiſmũ in poteſtate participant. ¶Baptiſmus ignis: eſt baptiſmus mentis. ¶Baptiſmus ſanguinis: eſt baptiſmus martyrum. ¶Baptiſmus aquæ: eſt baptiſmus communis. ¶Baptiſmus: eſt p̄ria porta paradiſi. ¶Magnũ bonũ operatur: q̄ baptiſmũ procurat. ¶Qui non eſt baptizatus: ſaluari non poteſt. ¶Qui baptiſmum inhonorat: deum inhonorat. ¶Totũ aurum huiꝰ mundi: nõ æquiualet baptiſmo. ¶Ad procurandũ tuũ baptiſmum: voluit deus incarnari. ¶Propter baptiſmum tuum: IHESVS CHRISTVS baptiſmum aquæ in flumine Iordane ſuſcepit & baptiſmum ſanguinis in cruce. ¶Magnam iniuriam facit baptiſmo: preſbyter turpis. ¶Baptiſmus: ſanctitatẽ cõfert. ¶Ille qui baptizat: procurator dei appellat̃. ¶Nõ cepiſti iter paradiſi: ante baptiſmum tuum. ¶Nihil valuiſti: ante baptiſmum.

De confirmatione. Rub. XX.

Confirmatio:eſt conſenſus baptiſmi. ❡Confirmatio eſt ſacramentum neceſſarium/vt infans concedat ꝙ baptizatus eſt.❡Si nō eſſet confirmatio:eſſet dubiū de baptiſmo.❡Si non ſis baptizatus & ſis cōfirmatus: reſtaura tuum baptiſmum in tua voluntate.❡Qui confirmatus ē: bis mundatus eſt.❡Baptiſmus cōſiſtit per locutionem: & cōfirmatio:per mentis conceptionem. ❡Quando confirmatus es:concedis ꝙ baptizatus eſt.❡Confirmare: eſt bis concedere ſe eſſe chriſtianū.❡Multum es obligatus illi:qui te baptizauit/& confirmauit.❡Qui confirmat:iterum firmat. ❡Cōfirmauit IHESVS CHRISTVS ſuum baptiſmum:in cruce. ❡Cōfirmatio: nō pōt reiterari. ❡Cōfirmatio fit p̄ epm̄ ſolū. ❡Confirmatꝰ es ī gaudio:& IHESVS CHRISTVS ī morte & dolore.❡Tu cōfirmatꝰ es per timorē:& IHESVS CHRISTVS per amorem.❡Cōfirmatio:eſt teſtimonium baptiſmi ❡Confirmatio eſt medium:quod eſt inter baptiſmū & extremam vnctionem. ❡In illo die in quo fuiſti confirmatus: magnam veniam acquiſiſti.❡Cum peccatum facere volueris:recolas ꝙ tu es fortis cōtra peccatū/quia confirmatus es.❡Confirmatus qui peccatum facit:bis deum negat.

De ſacramēto altaris. Rub.XXI.

Sacramentū altaris:eſt maximum ſacramētum q̄d in hac vita dari poteſt. ❡Deus ſe in alia vita dat maximum donum quod dari poteſt. ❡Sicut & in hac vita in deo poteſtas & libertas æqualem habēt magnitudinem:ſic in ſacramento altaris quietem habent omnes IHESV CHRISTI rōnes diuinæ & humanæ. ❡Deus dat poteſtatem preſbytero vt poſſit vti poteſtate ſupra naturam:& vt poſſit ſupra naturam frui IHESV CHRISTO. ❡Preſbyter facit:vt IHESVS CHRISTVS qui eſt ī vno loco ſit in pluribus locis.❡In ſacramento altaris:deus ſua volūtate de pane facit carnem & de vino ſanguinem/ & preſby-

ter ſuo verbo. ¶Preſbyter ſuo verbo mouet voluntatem dei:
vt velit vno momento de pane eſſe carnem & alio de vino eſ-
ſe ſanguinē. ¶Verba cōſecrationis hñt virtutē verboꝝ Chri
ſti. ¶Preſbyter poteſtate dei facit vt ſanguis qui eſt in ca-
10 lice ſit in carne quæ eſt in hoſtia. ¶Preſbyter: dat IHESVM
CHRISTVM qui eſt deus & homo hominibus ſumendum.
¶Preſbyter poteſtate dei quam deus illi dat: facit vt ſtent ac-
cidentia ſine ſubiecto. ¶In ſacramento altaris: facit preſbyter
de deo quod intendit. ¶Preſbyter facit ꝙ panis qui tranſub
ſtantiatur in ſubſtantiam IHESV CHRISTI: non addit in
illa aliquid/ nec materia quæ erat in pane deperit. ¶Preſbyter
facit: vt de corpore IHESV CHRISTI viuat corpꝰ hominis
qui ipſum recipit in forma panis/ & anima illius ī anima IHE
15 SV CHRISTI. ¶In ſacramēto altaris: preſbyter vincit natu
ram temporis/ loci/ quantitatis/ coloris/ ſaporis/ & motus/
& facit de natura non quod vult natura ſed quod ipſe vult.
¶Sacramentum altaris: eſt ſpeculum ſanctæ trinitatis & filii
dei & ſuæ incarnationis. ¶Sicut pater non addit filio aliquid
generando ipſum æternaliter & infinite: ita preſbyter non ad
dit aliquid IHESV CHRISTO vniendo ei ſubſtantiam pa-
nis dimiſſis accidentibus. ¶Sicut additionem non accipit fi-
lius cum factus eſt homo: ita ſanguis quem IHESVS CHRI
STVS a virgīe matre aſſumpſit nō accipit additionē per vni
onē ſanguinis calicis. ¶Preſbyter: portat IHESVM CHRI
STVM inmotum ad quemcunq; locum voluerit/ & ipſū di
20 mittit in quocunq; loco voluerit. ¶Cum deus dat preſbyte-
ro ſuam poteſtatem/ qua faciat ſuam volūtatem: magnam in-
iuriam facit preſbyter deo ſi immundus ſit & malus.

De ordine. Rub. XXII.

1 ORdo preſbyteri/ diaconi/ ſubdiaconi/ & acolyti: eſt
ſacramentum ad ſeruiendum deo. ¶Ordo eſt ſacra
mentum neceſſariū ī eccleſia: vt preſbyter ordinatꝰ

ſit ad ordinandos hoĩes. ¶Quia deus eſt multum pius & miſericors: vult hoĩem ordinare cui dat poteſtatẽ dandi veniã & audiendi confeſſionem. ¶Quia homo non eſt tantũ peccator q̃tũ deus eſt miſericors: vult de⁹ ꝙ ſit ordo preſbyterat⁹ per quem preſbyter peccata remittere poſſit. ¶Si non eſſet ordo preſbyteratus: eſſet deus magis miſericors q̃ homo peccator/& tñ nõ eſſet per quem daret veniam. ¶Deus eſt inuiſibilis: & non reſpondet homini quando petit veniam. ¶Preſbyter: eſt teſtis pietatis & miſericordię dei. ¶Sine ordine: nullus homo eſſet dignus eſſe vicarius dei. ¶Sine vicario dei homo certitudinem nõ haberet an peccatum de quo indulgẽtiam quærit/ſit ſibi remiſſum. ¶Deus dat ſuam poteſtatem ad remittendum: vt homo non deſperet. ¶Preſbyter: maiorem habet ordinem q̃ alius homo. ¶Nullus ordo habet tã magnam poteſtatem baptizandi/matrimonium conferendi/piaculorũ confeſſionem audiendi: peccata remittendi/pœnitentiam iniungendi/& homines cibo æternę vitæ communicandi: vt preſbyterat⁹. ¶Nulli homini ſunt ita neceſſaria magna bonitas/ſapiẽtia/& amor: vt preſbytero. ¶Nullus homo tam grauiter offendit deum: vt malus preſbyter. ¶Preſbyter fungit̃ officio dei. ¶Preſbyter põt q̃d nõ põt angel⁹. ¶Preſbyter qui tenet ocioſam magnã dei poteſtatẽ eſt multũ culpabilis. ¶Nullus homo dat tam magnum exemplum boni aut mali: vt preſbyter bonus aut malus. ¶Si omnes preſbyteri eſſent boni: totus mundus eſſet bonus. ¶Bonus preſbyter: poſitus eſt in terra vt ſit ſicut ſol eſt in cœlo.

De pœnitentia. Rub. XXIII.

POenitentia: eſt afflictio qua obligatur homo ad ieiunandum/ad orandum/& ab aliquibus pro male cõmiſſis ſatiſfaciẽdum. ¶Si non eſſet ordo pœnitentię non eſſet ordo ſatiſfactionis. ¶Pœnitentia: eſt actus iuſtitiæ. ¶Pœnitentia: eſt nuncia ſuſpiriorum & fletuũ. ¶Pœnitentia eſt nuncia miſericordię. ¶Pœnitẽtia ẽ cõſiliũ ſaluatiõis. ¶Pœnitẽtia dat fortitudinẽ paſſiõis. ¶Pœnitẽtia: ẽ op⁹ pœnitẽtis.

¶Pœnitentia:deriuatur à contritione & conſcientia. ¶Plus valet flere in pœnitentia:q̃ ridere accepta dignitate regia. ¶Pœnitentia:manus dei aperit ad remittendum. ¶Pœnitentia:eſt ſecunda porta paradiſi.¶Pœnitentia:claudit portas īferni.¶Pœnitētia:facit deū pctōrū obliuiſci. ¶Nullus homo faciens pœnitentiam:eſt paup.¶Pœnitentia huiꝰ ſeculi eſt leuis:& pœnitētia alteriꝰ ſeculi eſt grauis.¶Pœnitētia facit angelos gaudere/& diabolos triſtari.¶Qui facit pœnitentiā:eſt obediens & humilis.¶Pœnitētia:eſt dominium qđ anima habet ſupra corpus.¶Nullum exemplum eſt magis vtile:q̃ exemplum pœnitentiæ.

De vnctione. Rub.XXIIII.

Extrema vnctio:eſt vltimus conſenſus quem homo facit de fide.¶Extrema vnctio:eſt cōfeſſio quam homo facit de ſuis peccatis ſummarie. ¶Extrema vnctio:eſt vltima pœnitentia quam habent homines ad delendum peccata ſua. ¶Extrema vnctio:eſt confirmatio primæ vnctionis. ¶Sicut baptiſmus eſt neceſſarium teſtimonium in principio:ſic eſt extrema vnctio neceſſarium teſtimonium in fine. ¶Si non eſſet extrema vnctio:in exitu ex hoc mundo non eſſet ordo.¶Extrema vnctio:eſt nuncius alterius ſæculi.¶Extrema vnctio:eſt ordinatus commeatus ī receſſu ab hoc ſeculo.¶Extrema vnctio:ē teſtimoniū aliorū ſacramētorum.¶Extrema vnctio IHESV CHRISTI:facta fuit in cruce ex ſanguine/aqua/& ſudore.¶Extrema vnctio: eſt martyrium.¶Nulla extrema vnctio:eſt ita nobilis ſicut martyriū. ¶Omnia merita:renouata ſunt in extrema vnctione.¶In extrema vnctione ſigillata ſunt opera q̃ homo fecerit. ¶Extrema vnctio: eſt vltima victoria virtutum. ¶Extrema vnctio: homines in morte conſolatur.¶Extrema vnctio:eſt valde bonum exemplum.¶Extrema vnctio:eſt actus veniæ. ¶Extrema vnctio:eſt iter pacis. ¶Extrema vnctio: angelos aggregat & dæmones effugat.

De virtutibus: & primo de prudētia. Rub.XXV.

PRudentia:eſt virtus quæ conſulit vt homo malum fugiat & bonum eligat.¶Prudentia comparat vnũ bonũ cum altero/& vnum malum cum altero.¶Prudentia:non eligit ſine deliberatione.¶Cũ prudentiæ poteſtas deficit:iuuatur arte.¶Prudentia:poſſibilitates & impoſſibilitates declarat.¶Prudentia:non omnibus confidit hominibus.¶Prudentia:prius finem conſiderat q̃ aliquid incipiat. ¶Prudentia maius bonum eligit:& fugit maius malum. ¶Prudentia:fugit tenebras.¶Prudentia:dat conſiliũ de die. ¶Prudentia:in ſeipſa non confidit.¶Prudentia: ſola non incedit.¶Qui habet prudentiam:habet diuitias. ¶Prudentia: omnia tentat.¶Prudentia:nihil facit propter iuſiurandum. ¶Nemo: prudentiam decipere poteſt. ¶Prudentia: loquitur cũ conditione.¶Prudentia:nec cito negat nec cito affirmat. ¶Prudentia:eſt remedium infortunii.¶Prudentia plus credit operibus q̃ verbis.

De fortitudine. Rub.XXVI.

FOrtitudo:eſt vigor animi contra malum. ¶Fortitudo:eſt vigor voluntatis.¶Fortitudo: per aliud non deuincitur niſi per volũtatem. ¶Fortitudo: timorẽ non habet.¶Fortitudo:artes non requirit. ¶Fortitudo:non claudit oculos.¶Fortitudo:tenet manus ſecuras.¶Fortitudo:non fugit.¶Fortitudo:non ſuſpirat nec plorat. ¶Fortitudo:non tremit.¶Fortitudo:conſilium non quærit.¶Fortitudo:colorem non mutat.¶Fortitudo : non deſperat.¶Fortitudo:non ſe repræhendit. ¶Fortitudo:de facili non conſentit. ¶Humilitas patiẽtia & pietas: vincunt fortitudinem.¶Verecundia tantummodo:facit timorem fortitudini.¶Fortitudo:ſanguinem cordis per omnia membra fundit. ¶Fortitudo:eſt caſtrum virtutum. ¶Fortitudo:non confidit tantum in alio quantum in ſeipſa.

De temperantia. Rub.XXVII.

TEmperãtia:eſt virtꝰ quæ pluribꝰ ad ſanitatẽ valet:q̃ aliud quodcunq;. ¶Per temperantiam:in vegetatiua conſiſtit iuſtitia. ¶ Per temperantiam:homines

ſūt in menſa modeſti.❡Temperātia: ſuos amicos poſt comeſtionem oſtendit.❡Non habet magnam temperantiam:qui p ipſam habet paſſionem. ❡Temperantia: infirmitatem non timet.❡Temperantia: timorem paupertatis non habet.❡Frequenter non ſtudent homines plus habere temperantiam q̄ aliam virtutem.❡Nulla virtus:ita frequenter merita acquirit ſicut temperantia.❡Temperantia:ſemper læta eſt.❡Temperantia:cognitionem non habet boni vini aut mali.❡Temperātia:differentiā nō facit inter ſaporē dulcē & amarū.❡Tēperantia:eſt conditio religionis.❡Temperantia: parum expendit/& multū lucrat̃. ❡Tēperantia:ē pcipuū tutamē mercatoris.❡Tēperantia:corpora hominū leuia tenet. ❡Temperantia:calorem & frigiditatem non timet. ❡Tēperantia:plures ollas non habet.❡Temperantia:plures pediſſequos nō habet.
❡Temperantia:non habet de quo verecundetur.

De fide. Rub.XVIII.

Fides:eſt virtus quę dominatur intellectui/vt credat de deo veritatem/quam hō nō intelligit per neceſſarias rationes.❡Fides:eſt virtus quæ ita veritatem iſtaurat rerū intellectū latētium ſicut imaginatiua veritatē rerū ſenſibilium inſtaurat qn̄ ſenſibus ſunt abſentes. ❡Sicut imaginaris id quod vidiſti:ita credis de deo p fidē quatuordeci articulos fidei/& ſeptē ſacramēta eccleſiæ q̄ p demōſtrationē nō intelligis.❡Sicut frigiditas aq̄ calefactę remanet i potētia:ita habitus fidei cum intelligis per neceſſarias rationes aliquā veritatem de articulis & ſacramētis/remanet ī potentia
❡Si veritatē quam intelligis aliqn̄ ignoras:tibi in habitu p fidem remanet inq̄tum ipſam credis. ❡Sicut bonitas eſt ratio ad faciendum bonum:ita fides eſt ratio ad credenda vera.
❡Q̄to veritas quam credis eſt maior:tanto maiorem habes fidem.❡Sicut ſol eſt inſtrumentū ad videndū:ita fides ē iſtrumētū ad credēdū.❡Inq̄tū ſuppōis ꝙ veritatē/quā nō ītelligis

intelliges:vteris fide. ¶Ante oportet te credere:q̄ poſſis intelligere. ¶Sicut oleū ſtat ſupra aquā:ita fides eſt ſupra intellectū. ¶Quia tantū intelligere nō potes quātū credere: ideo eſt fides ſupra intelligere. ¶Qui de deo veritatem intelligit: bis meritū acquirit. ¶Vnū meritū habes cū credis:aliud cū intelligis. ¶Virtus principii nō perditur:per virtutē finis. ¶Qui magis credit:magis intelligere poteſt. ¶Fides:nō eſt rerū corporaliū/quarū ſenſibus corporeis dat̄ experientia. ¶Fides nō timet argumētū:quia ipſa eſt ſuū principiū. ¶Ille qui multū diligit deum:ſuſpirat & plorat ꝙ fides in hoc mundo tātum habeat dedecus. ¶Inhonorata eſt fides in omni homine qui ipſam non habet:& inhonorata eſt in illis qui ipſam habēt/& ipſam malis operibus inhonorant.

De charitate. Rub. XXIX.

CHaritas:te ligat ad amādum deum teipſum & proximū tuū. ¶Charitas:non ligat coacte/ſed cū libertate. ¶Tam nobilis virtus eſt charitas:ꝙ non reqrit aliquā coactionē. ¶Charitas:ſeipſam cōſtringit ad amandū p aliud tamē cogi nō debet. ¶Omnes aliæ virtutes ſeruiūt charitati:& ipſa eſt domina. ¶Id qd̄ iuſtitia de diuitiis in particulari:ponit charitas in cōmunitate. ¶Propter magnā charitatem:prudentia in dando cōſilio modū nō habet. ¶Charitas: fortitudine ſuū amorē fortificat. ¶Charitas:tēperantiā procurat vt poſſit eſſe magna in amore. ¶Charitas:in tanto credulitatē procurat & multiplicat/ꝙ ipſa argumētū nō timet. ¶Charitas tātope ſpem multiplicat: ꝙ nō timet indigētiam. ¶Charitas:regem humiliat ad ſalutādū pauperē. ¶Charitas facit vt rex habeat pietatē pauperū/& ipſum facit procuratorem eorū. ¶Charitas facit regē patiētē:& manus eius frenat. ¶Charitas pacem procurat:& bellū vincit. ¶Charitas maior eſt in corde:q̄ ſplēdor in ſole. ¶Charitas: ſe nō excuſat. ¶Charitas non eſt mendax: & in ſe ſuam habet perfectionē. ¶Charitas:eſt medicina peccati. ¶Charitas:remittit/& eſt regina.

De humilitate. Rub. XXX.

HVmilitas:eſt illa virtus quæ remotiſſima eſt a ſuperbia. ¶Humilitas:eſt inſtrumentū ad deſcendendū/ vt aliæ virtutes aſcēdāt. ¶Quāto magis humilitas deſcendit:tanto magis alias virtutes aſcendere facit. ¶Rex q̄ magis ſe humiliare poteſt q̄ ruſticus:maiorem habere poteſt charitatem q̄ ruſticus. ¶Humilitas:nō timet deriſionē. ¶In magnitudine humilitatis:patientia magna cōſiſtit. ¶Humilitas:facit homines modeſtos. ¶Quanto humilitas maior eſt in rebus inferioribus: tanto altior eſt in rebus ſuperioribus. ¶Sine humilitate:nulla virtus aſcēdere poteſt. ¶Humilitas differentiā nō facit:ſiue honoretur vt rex/ ſiue contemnatur vt ruſticus. ¶Humilitas domini:conſolatur ſeruitutē ſubditorū ſuorū. ¶Humilitas:non habet fel. ¶Humilitas:ſemper ſpernit mel. ¶Humilitas:bellū non habet. ¶Humilitas:non menſurat. ¶Humilitas:aures non habet. ¶Humilitas claudit oculos. ¶Humilitas:pauperibus ſeruit/ & calceos eis imponit. ¶Humilitas:caput inclinat. ¶Humilitas:cęlū aſcēdit.

De caſtitate. Rub. XXXI.

CAſtitas:eſt poteſtas cōtra luxuriam. ¶Caſtitas:finē matrimonii cōſeruat. ¶Per caſtitatē:eſt filius legitimus. ¶Ex matrimonio ſine caſtitate: filius legitimus non procreatur. ¶Sine caſtitate: generatio hominis nō eſt licita. ¶Caſtitas:eſt theſaurus bonarū matronarū. ¶Oīs fœmina caſta:eſt domina. ¶Omnis caſtitas:eſt candida. ¶Caſtitas:nō timet a detractoribꝰ. ¶Qui caſtus eſt: caſtitatē ſuæ mulieri procurat. ¶Caſtitas:fortitudine viuit. ¶Cū caſtitas moritur:naſcitur luxuria. ¶Caſtitas in ſuo ſcuto:arma luxurię nō pingit. ¶Caſtitas:non graſſatur noctu. ¶Caſtitas:non currit. ¶Caſtitas:ſe parū excuſat. ¶Caſtitas:multū vigilat. ¶Caſtitas:ꝓdeſt vitæ. ¶Caſtitas:plus diligit fimbrias ponderoſas q̄ longas. ¶Mulier caſta:bonā famā ſuæ filiæ procurat.

De abſtinentia. Rub. XXXII.

ABſtinentia: eſt refrenatio volūtatis. ¶Abſtinētia:eſt vt ſit deliberatio. ¶Quia intellectus nō ĩcedit cito:

dicit voluntati ꝙ pacifice incedat. ¶Qui abſtinẽtiam habere voluerit:oportet vt ipſam nutriat.¶Abſtinẽtiam nutrire potes:humilitate & patientia. ¶Si abſtinentiam habere volueris:reſpicias finem conſequentię furioſitatis. ¶Abſtinẽtia:eſt ſerua in principio/& domina in fine. ¶Qui abſtinet/poſtea ridet:& qui non abſtinet/poſtea plorat.¶Abſtinentia: eſt valde cõmunis virtus. ¶Quia furioſitas venit in capite volũtatis: ſi abſtinentiam habere volueris:habe eã in capite voluntatis. ¶Abſtinentia & furioſitas: in capite voluntatis tantummodo ſunt contrarię.¶Caput volũtatis:eſt principium ſui velle. ¶Si furioſitatem vincere nolueris in principio:ipſam non vinces in medio.¶Quia abſtinentia plus vincit de die q̃ de nocte: eſt fortior de die q̃ de nocte. ¶Abſtinentia: eſt conſequentia prudentiæ. ¶Abſtinentia:eſt ſcutum prudentiæ. ¶Scutum prudentiæ:eſt fortitudo.¶Qui habet abſtinẽtiam non repręhenditur.¶Abſtinentia & tẽperantia:ſunt germanę.¶Abſtinentia:illud quod futurum eſt conſyderat.

De verecundia. Rub.XXXIII.

VErecundia: eſt naturæ nuncia quæ illicita denunciat.¶Omnis naturalis verecundia:eſt licita. ¶Si nõ eſſet defectus virtutis:verecundia non eſſet. ¶Quia peccatum eſt: virtus verecundiam procurat. ¶Verecundia impedit verbum:propter timorem erroris. ¶Audacia & fortitudo:verecundiam refrenant.¶Charitas:neſcit quid eſt verecundia. ¶Verecundia timet repræhenſionem: & charitas non.¶Verecundia eſt data fœminis:quia non habent fortem voluntatem.¶Verecundia:minatur cũ defectu. ¶Qui verecundiam timet: deficere timet. ¶Omnis verecundia:eſt virtus. ¶Sapiens non eſt: qui verecundatur precari deum. ¶Non eſt humilis: qui erubeſcit loqui pauperibus. ¶Verecundia:ſine forma:non habet gratiam. ¶Qui multum famet & parum propter verecũdiam comedit:fatuã habet verecundiam.¶Qui verecundiam habet propter errorem: diſcretam habet verecundiam. ¶Verecundia:errores hominũ re-

uelat qui diſcretionem habent. ¶Verecundia: pulchros habet oculos/ & pulchrum os/ & pulchras manus. ¶Verecundia: claudit os/ & aures/ & oculos ad terram inclinat/ & mutat faciei colorem.

De oratione. Rub. XXXIIII.

ORatio: eſt petitio quæ fit deo. ¶Pete a deo: vt tibi det & tibi parcat. ¶Multo magis competit deo dare & remittere: q̃ tibi competat petere. ¶Si a deo bonum petas: eius diligas bonitatem. ¶Si a deo petas magnum bonum: habeas magnum amorem erga eius bonitatem. ¶Si deſyderas vt illud bonum quod petis duret: facias tuam orationem durantem. ¶Bonum quod a deo petis: conſydera ſi illud tibi dare poteſt. ¶Deus bonum dare non poteſt: contra ſuam bonitatem. ¶Deus daret contra ſuam bonitatem: ſi daret homini qui eſt malus. ¶Eſto bonus: ſi velis vt deus tibi bonum faciat. ¶Si vis vt deus tibi bonum faciat in remittendo: habeas de peccatis tuis contritionem. ¶Sine pœnitentia: deus non remittit. ¶Si vis vt deus tibi magnũ peccatum remittat: habeas magnam contritionem. ¶Si vis vt deus tibi det: da illi teipſum. ¶Deus non dat homini: qui eſt dæmonis. ¶Si deus daret homini qui ſuus non eſt: donum quod daret non eſſet ſuum. ¶Deus: non vult perdere illud quod donat. ¶Si deſyderas vt deus tibi tua peccata remittat: remitte tuo inimico iniuriam quam tibi intulit. ¶Quando deum offendis: tu es eius inimicus. ¶Si vis vt deus tibi det: da hominibꝰ qui a te petunt propter eius amorem.

De contemplatione. Rub. XXXV.

COntemplatio: eſt actus mentis quæ de deo cogitat. ¶Contemplari: eſt loqui cũ deo de dei rationibus & de actibus illarũ. ¶Cõtẽplari: eſt cõſiderare eſſentiã dei & diuinas perſonas. ¶Conſydera quomodo diuina bonitas eſt ratio deo patri cũ omnibus aliis rationibus ꝓducendi bonũ filiũ: & quomodo eſt ratio cũ oibꝰ aliis rõibꝰ ꝓducẽdi

bonū ſpiritum ſanctum. ¶Sicut diuina bonitas cum om 5
nibus aliis dignitatibus eſt ratio ad generandum bonum
filium:ita magnitudo cum omnibus aliis ratio eſt patri ad ge
nerandum magnum filium/& patri & filio ad ſpirādum ma-
gnum ſpiritum ſanctum. ¶Cōſidera:ꝙ magnum bonum eſt
deo patri infinire/æternare/poſſificare/ intelligere/amare/ vir
tutificare/ verificare/& glorificare filiū/& q̄ magnū bonū ē pa
tri & filio infinire & ęternare ſpiritū ſanctum. ¶Vnum ita co
gites:vt amorifices tuā voluntatē de hoc quod contemplaris
& ponas de contemplationę tantum q̄tum poſſis in tuo intel
ligere & recolere. ¶Si volueris alte contemplari:accipias po-
teſtatem/ quā habere potes in recolendo/intelligendo & amā
do id quod de deo poteris amare/recolere/& intelligere. ¶In 10
contemplando:poſſifica totam tuam poteſtatem tota tua bo
nitate/magnitudine/veritate/& virtute/& da ipſam volun-
tati per contemplationem & tuæ memorię & tuo intellectui.
¶In contemplando:ponas ſimul omne quod ponere potes de
bonitate/magnitudīe/duratione/poteſtate/& ſic de aliis diui
nis rationibus. ¶Eſto in alto ad conſiderandum actus diuina
rum rationum/qui ſunt bonificare/infinire/ æternare/ poſſifi
care/itelligere/amare virtutificare/verificare,glorificare & ꝑ
ficere:& omnes iſtos actus collige in tuo recolere/itelligere &
amare. ¶Cogita:quomodo de eo quod colligis ſequitur boni
ficatum/infinitum/æternatum/poſſificatum/ intellectuifica-
tum/amatū/ virtutificatum/ verificatum/glorificatum/ & ꝑ
fectum. ¶Conſidera.quomodo propter id quod colligis
intelligis bonificantem/infinientem/æternantem/poſſifican-
tem/intellectuificantem/amantem/virtutificantem/glorificā
tem/& perficientem. ¶Conſidera:quomndo omnia iſta ſunt 15
vnus de⁹ pater/qui de toto ſeipſo & de tota ſua eſſentia & na-
tura producit & generat deum filium/qui de ipſo accipit om
nes rationes de quibus dictum eſt/& quomodo ex patre &
filio exit vnus ſpiritus qui eſt medię actionis. ¶Cogita: quo
modo diuinæ rationes ſunt reales per ſuos act⁹/ & quomodo

quælibet eſt alia per eſſentiam & naturã. ¶Id per quod diuinę rationes ſunt reales: eſt quia pater per bonitatẽ producit bonũ filiũ/& per magnitudinẽ magnũ/& per æternitatem æternũ/& per poteſtatem potentẽ/& ſic de aliis/& idem faciũt pater & filius erga ſpiritũ ſanctũ. ¶Id per quod quęlibet diuinarum rationũ eſt idem qđ alia: eſt quia omnes ſimul/ſunt vnus deus/vna eſſentia/vna natura/vnus pater/vnus filius/& vnꝰ ſpiritus ſanctus. ¶Conſydera: quomodo quælibet diuinarũ rationũ poſtulauit a deo patre & a deo ſpiritu ſancto incarnationem filii dei/& quomodo quælibet ratio q̃tũ potuit petiit exaltari incarnationẽ illius. ¶Conſydera: quomodo vna perſona eſt deus & homo ſine mutatione diuinæ naturæ & humanæ/& quomodo in humana natura oẽs diuinę rationes habent quietem per incarnationẽ/& quomodo humana natura filii dei eſt finis & complementũ omniũ creaturarum. ¶Conſydera: quomodo deus pater dedit in cruce ſuũ filium IHESVM CHRISTVM qui eſt dominus & finis omniũ hominũ/& cogita quomodo eſt honorifice in cœlo ſupra angelos & omnẽ virtutem/& quomodo omnes ſancti ipſum laudant pſallendo & ipſum benedicendo/& ei reuerẽtiam & honorem faciendo.

De deuotione. Rub. XXXVI.

Deuotio: eſt actus inflãmatus charitatis. ¶Deuotio: eſt conſequentia antecedentis in voluntatẽ/quã intellectus habet in attingendo ſummam bonitatem. ¶Deuotio incipit in memoria & intellectu recolendo & intelligẽdo nobilia & alta de deo: & naſcitur in amare. ¶Deuotio: eſt theſaurus ſanctorũ hominũ. ¶Totũ qđ in mũdo eſt aurũ: non eſt deuotioni æquiparandũ. ¶Deuotio: eſt conſolatio hominũ pauperũ. ¶Nullus homo deuotionẽ habens: eſt pauper. ¶Nullus homo: diues eſt ſine deuotione. ¶Deuotio: eſt nuncia iens & rediens inter deum & hominẽ. ¶Deuotio: nunciũ de deo affert: & deo noſtras narrat neceſſitates & miſerias. ¶Melius eſt flere propter deuotionẽ: q̃ ridere propter vnius

regni acquiſitionē.¶Deuotio: differentiā nō facit inter vigilare & dormire/ieiunare & comedere. ¶Deuotio: credit oib⁹ hominibus bonis.¶Falſi homines: decipiūt facile homines deuotos.¶Deuotio: ſuſpitionē nō habet.¶Deuotio: cuilibet homini confidit.¶Deuotio: non iurat.¶Deuotio: dat & non aufert.¶Deuotio: rogat & non remittit.¶Deuotio timorē non habet: & remittit per amorem.

De obedientia. Rub.XXXVII.

OBedientia: eſt carcer volūtarius ſubditorum. ¶Qui per obediētiā eſt carceratus: eſt multum ſubditus. ¶Paruū habet carcerem: qui obediens eſt ſua ſpōte. ¶Nimis habet magnū carcerem: qui contra ſuā voluntatem obedit.¶Omnis obediētia: eſt propter aliquem finem. ¶Qui multum amat finem: multū diligit obedire.¶Finis cōſolatur cōfortat & viſitat homines: qui ꝑ obediētiā ſunt incarcerati. ¶Cū deus ſit adeo magnus/adeo potens/adeo bonus & nobilis: leue eſt ei obedire. ¶Qui obedit domino cū ſua vtilitate: ridet. ¶Qui obedit domino contra ſuam vtilitatem: plorat. ¶Obedientia coacta: non eſt amabilis. ¶Habeas ante conſiliū tui intellectus: q̄ voluntati tuæ obedias. ¶Anteq̄ intellectui obedias: cōſiliū bonitatis habeas & poteſtatis/veritatis/& virtutis.¶Non obedias ſenſibus: ſine conſilio virtutū. ¶Nō obedias vni virtuti: ſine conſilio alterius.¶Obedias malo domino coacte: & bono domino ſponte.¶Nulli obedias: cōtra deū. ¶Eſto obediens: omnibus amicis dei.¶Eſto obediens bono angelo: qui te cuſtodit.¶Non ſis frequenter obediens vxori tuę: nec tuo patri ſi deo non obedit.

De contritione. Rub.XXXVIII.

COntritio: eſt diſplicentia quā homo habet de offenſa quā contra deū cōmiſit.¶Si habeas contritionē/habeas ipſam cū deuotione quę in ipſa homines plorare facit.¶Deus: contritioni & fletui denegare non vult quin peccata hominū remittat.¶Pone cōtritionē in oratione: quia ipſa iuuat ad plorandū.¶Ex magna cōtritione: magna venia.

¶Deus iniuriam faceret ſuæ iuſtitiæ:ſi magnam veniam ha= beres pro modica contritione.¶Si magnā contritionē habere deſideras:conſidera quomodo propter pauca/ contra bonum æternū & infinitum offenſam perpetraſti.¶Eſto iugis ad cogi tandū nobilitatem domini & offenſam: vt volūtas aſſueſcat ad amādū dominū & ad odiēdam offenſam. ¶Aſſuefacias te tādiu ad pœnitēdū quouſq; ſuſpirare & plorare te rigare poſ

10 ſint.¶Habeas contritionē cū humilitate & pietate:quia mul tum iuuant ad pœnitendum.¶Contritionem habere nō po= tes:ſi proponas ad offenſam redire.¶Frequenter imagineris magnas pœnas infernales:vt habeas tui ipſius pietatē.¶Ha= beas contritionem cum ſpe & charitate:quæ ſunt viæ miſeri= cordię.¶Induc teipſum ad pœnitentiā:vt iuſtitia te iuuet ad

15 pœnitendū.¶Si vis habere contritionē:abiicias vanitates ab oculis tuis/& crucē reſpice.¶Si ſis obſtinat⁹ & flere nō poſſis nec ſuſpirare: ieiuna & fac eleemoſynā/& ſis familiaris paupe ribus qui frequēter ſuſpirant & plorant.¶Per ieiuniū/homo ſuiipſius habet pietatem:& per ſocietatē pauperū/ habet hu= militatem. ¶Quia non habuiſti verecūdiam ad peccandum: non habeas verecundiam ad plorandum. ¶Cū contritionem non habeas: infer minas oculis tuis videlicet quia videbunt dracones ī inferno/& auribus tuis videlicet q; audiēt verba dæmonū/& tuæ memoriæ videlicet quia ipſa recolet q; æui=

20 ternaliter ſtabunt damnati in inferno.¶Cum magnā contri= tionē habere volueris: vade ad locū ſolitarium vt ſtes cū ali= quo bono eremita/quoniam ſocietas hominū impedit in con= tritione ſuſpirium & ploratum.

De confeſſione. Rub.XXXIX.

1 Confeſſio: eſt narratio peccatorū perpetratorū quæ apud preſbyterū fit cū contritione.¶Confeſſio quę fit cū contritione:eſt vera.¶Confeſſio quæ eſt cū cō tritione:quęrit conſiliū & veniā.¶In capite regis non ſtat ita

5 bene corona:ſicut in cōfeſſione gemit⁹/& ſuſpiria.¶Qui fre= quenter confitetur:confeſſionē nutrit. ¶Confeſſio verecun=

diam nutrit: & verecūdia contritionē. ¶Confeſſio vult veritatem & humilitatē: vt preſbyter habeat pietatē. ¶In pietate quā habet preſbyter qui audit confeſſionē: excitatur deus ad miſerendū. ¶Deuotio preſbyteri: excitat ad contritionē eum qui cōfitetur. ¶Confeſſio prudētē preſbyterum requirit: vt det prudēs cōſiliū. ¶Malus preſbyter: impedit in cōfeſſione contritionē. ¶Qui confitetur cū cōtritione loquitur cū deo: & qui audit confeſſionē ſine deuotione/ loquitur cū diabolo. ¶Vera confeſſio veniam affert: & falſa confeſſio maledictionē infert. ¶In confeſſione: non eſt proportio iuuenis ſacerdotis & iuuenis mulieris. ¶Anhelitus ſacerdotis & anhelitus mulieris quæ confitetur: inter ſe miſceri nō debēt. ¶Riſus & lętus color: in confeſſione nō habēt locū. ¶In cōfeſſione/bonus preſbyter eſt vicarius dei: & malus/eſt vicarius diaboli. ¶Nō deſideres vt ille qui audiuit confeſſionē tuę mulieris: frequēter domū tuam adeat. ¶Qui confitetur malo ſacerdoti: magno periculo ſe ſupponit. ¶Valde culpabilis eſt: qui in confeſſione promittit quod in corde non habet vt faciat.

De ſatiſfactione. Rub. XL.

SAtiſfactio: eſt iudiciū qđ homo facit de ſeipſo & de ſuis bonis. ¶Secūdū qđ offenſa eſt magna: oportet ꝙ ſatiſfactio ſit magna. ¶Si nimis comediſti & bibiſti: ſatiſfacias ieiunio/& modico potu. ¶Si peccaſti veſtibus precioſis: ſatiſfacere debes veſtibus vilibus & humilibus. ¶Pro ſuperfluitate cuiuſlibet ſenſus: ſatiſfacias ſuo contrario. ¶Si malas habuiſti cogitationes: ſatiſfacias bonis. ¶Satiſfacias contritione & ſuſpiriis & fletibus amaris: pro nimio riſu & gaudio. ¶Si nimis dormiuiſti & ocioſus fuiſti: ſatiſfacias vigilatione & diligētia/in tractādo honorem dei. ¶Si mendacio offendiſti: ſatiſfacias verbis veris. ¶Si parum deum rogaſti: multū ipſum roga. ¶Contra malas imaginationes: ſatiſfacias bonis. ¶Satiſfacias deo/ ꝑ bonū recolere/intelligere/& amare: contra malū intelligere/recolere/& amare/ videlicet cōtra obliuiſci/odire/& ignorare. ¶Si malū de bono

homine dixiſti: ſatiſfacias dicẽdo bonum de ipſo. ❡Satiſfacias rationibus tuis: actibus tuis. ❡Si habeas aliquid ab alio per iniuriam: reſtituas ei. ❡Si damnũ dediſti: da vtilitatem. ❡Si ſatiſfactionem denariis aut poſſeſſione facere non potes: ſatiſfacias pœnitentia/& deſidera ſatiſfactionẽ facere. ❡Satiſfacias proximo tuo vno pro vno: & deo/duobus pro vno. ❡Deo ſatiſfacere non potes: niſi ſecundum proportionem. ❡Si contra te ipſum feciſti: tibi ſatiſfacias de te ipſo.

De conſcientia. Rub. XLI.

Conſcientia: eſt verum conſilium intellectus factum volũtati/vt diligat bonum facere & timeat malum facere. ❡Conſcientia: lumen facit volũtati p̃ timorẽ/vt non diligat peccatum qđ facere affectat. ❡Conſcientia: incipit in intellectu/& deliberata eſt in voluntate. ❡Voluntas facit: & conſcientia minatur. ❡Conſcientia: libertatem voluntatis refrenat. ❡Conſcientia: eſt ſecura via voluntatis. ❡Omnis voluntas quę facit contra conſcientiam: eſt infirma. ❡Conſcientia: voluntatem triſtari facit. ❡Sine conſcientia: voluntas vadit in periculo. ❡Abſentia conſcientiæ: eſt excuſatio voluntatis. ❡Sicut deficit intellectus ſi non det conſcientiam: deficit voluntas ſi facit contra conſcientiam. ❡Conſcientia: voluntati oſtendit qualis eſt finis. ❡Anteq̃ voluntas electionem fecerit/ conſcientia eſt domina: & poſt electionem peccati ipſa eſt ancilla. ❡Conſcientia: eſt inſtrumentum voluntati vt ſe habeat ordinate ad amandum vel ad odiendum. ❡Ita poteſt homo deficere per nimiam conſcientiam: ſicut per paruam. ❡Homo qui peccat ex certa ſcientia ſiue conſcientia: eſt magnus peccator. ❡Sine conſcientia & verecundia: non eſt diſcretio. ❡Conſcientia: eſt nũcius prudentiæ & iuſtitiæ. ❡Conſciẽtia: reſiſtit cum timore. ❡Homo qui habet conſcientiam: petit conſilium.

De diſcretione Rub. XLII.

DIſcretio:eſt actus ordinatus ad amãdũ & intelligẽdũ. ¶Diſcretio:nimiũ amare refrenat & ĩtelligere. ¶Diſcretio:primo volũtatẽ refrenat/& poſtmodũ intellectũ. ¶Diſcretio:eſt cõſiliũ ſtatutũ p virtutes. ¶Diſcretio:diſponit actus ad finẽ ordinatũ. ¶Homo diſcretus:eſt diues & lętus. ¶Qui diſcretus eſt: ſecurus eſt & ſecure ĩcedit. ¶Homo diſcretus:eſt dominus ſuiipſius & alterius. ¶Nullus homo eſt ſecretior:q̃ homo diſcretus. ¶Homo diſcretus:difficile decipitur. ¶Homo diſcretus: non habet omniũ hominũ bonam opinionem. ¶Homo diſcretus: quando alii perdũt/ lucratur. ¶Quia homo diſcretus plura conſiderat: nõ ridet frequẽter. ¶Homo diſcretus:non cito credit. ¶Homo diſcretus: multũ cogitat & parum loquitur. ¶Diſcretio:plus conſiſtit per intellectum q̃ per voluntatem. ¶Homo diſcretus: per malum alterius ſe caſtigat. ¶Homo diſcretus: non frequẽter laudat. ¶Qui diſcretus eſt:non pœnitet. ¶Homo diſcretus:ſuum finem attingit.

De modo. Rub.XLIII.

MOdus:eſt cõmunis ordo actuũ rationum. ¶Bonitas ſimpliciter modũ habet ad bonificandũ:& magnitudo ad magnificandũ/& duratio ad durãdũ/& ſic de aliis rationibus. ¶Ex ſimplicibus modis:eſt cõmunis & compoſitus modus. ¶Cũ vnus modus ſimplex deficit: deficit modus compoſitus. ¶Qui modũ nõ habet:nullum habet bonũ. ¶Modus:eſt cõmunis poteſtas ordinata ad plura. ¶Plus valet modus: q̃ vis. ¶Sola charitas:modum aſcẽdit. ¶Deuotio cum diſcretione: eſt pars modi. ¶Modus eſt genus:& iuſtitia/prudentia/& cæteræ virtutes ſunt eius ſpecies. ¶Modus: nõ indiget aliquo. ¶Modus:in omnibus eſt bonus. ¶Sine modo:nemo ſecure vadit. ¶Ex modo/ſequitur finis: & ex eius cõtrario ſequitur priuatio finis. ¶Quia mercatores modum habent in lucrando & in expendendo: ſunt magis diuites q̃ alii homines. ¶Si ignis modũ nõ haberet in calefaciendo:nõ calefaceret. ¶De nulla re:poterit eſſe nimius modus. ¶Per modũ

eſt generatio: & per eius contrariū eſt corruptio ❡De maiori modo: maius bonū & maior virtus. ❡Princeps qui modum non habet: eſt valde culpabilis.

De curialitate. Rub. XLIIII.

Curialitas: eſt modus acqrēdi amicitiā. ❡Habeas verba curialia: & eris gratioſus. ❡Quia verba curialia ſunt amabilia: ille amabilis eſt q̄ ipſa dicit. ❡Qui nominat turpia: eſt turpis interius & exterius. ❡Bonitas & pulchra verba cōcordāt: & malitia & turpia verba. ❡Turpia verba: hominē ruſticū faciūt. ❡Aeque cito potes dicere pulchra verba: vt turpia. ❡Cū loq̄ris: p̄tēdas pulchrū aſpectum. ❡Humilia verba: ſunt pulchra p̄ humilitatē. ❡Qui humiliter vadit: ſapiēter vadit. ❡Qui tēpate comedit: dilectꝰ eſt ꝓpter tēperātiā. ❡Pulchra veſtimēta: in hoīe ſupbo ſunt turpia. ❡Nō rideas: ore apto. ❡Turpe eſt: ridere & comedere. ❡Sine hūilitate: curialis eē nō potes. ❡Eſto edoctꝰ: ꝓportionabiliter. ❡Edoctio: eſt imago legalitatis. ❡Homo edoctus: plures habet collaudatores. ❡Edoctio: eſt valde neceſſaria perſonę communi. ❡Qui detractat & turpia verba dicit: viles facit illos qui illa verba auſcultant.

De audacia. Rub. XLV.

Audacia: eſt fortitudo animi qui honorē deſiderat. ❡Prudētia & fortitudo: hoīem audacē faciūt. ❡Qui ſe ponit ī periculo cū diſcretiōe: eſt audax. ❡Secūdū ꝙ finē diligis: es audax. ❡Propter legalitatē: ſunt hoīes audaces. ❡Homo legalis de die eſt audax: & homo nō legalis de nocte. ❡Timiditas cōmunis perſonæ: eſt communis. ❡Audacia naſcitur cū lætitia: & timiditas cū triſtitia. ❡Audacia aperit oculos: & timiditas ipſos claudit. ❡Veritas eſt cōſiliū hominis audacis: & falſitas hominis timidi. ❡Audacia: non reſpicit prærogatiuam. ❡Verecundia & ſpes: faciunt homines audaces. ❡Magnificentia: audaciam diſponit. ❡Quia auaritia ſanguinem reſtringit: timiditatem diſponit/ & deſperantiam. ❡Largitas & audacia: ſunt germanæ. ❡Homo audax: potius honorē cōſiderat q̄ periculū. ❡Oīs homo mēdax: timidus eſt.

¶Illi qui minus loquuuntur:ſunt magis audaces.¶Audacia
naſcitur de amore:& timiditas de timore.¶Amor fugat:& ti 20
mor fugit.

De magnificentia. Rub.XLVI.

MAgnificentia:eſt actus magnitudinis quæ magnifi- 1
ficat actus aliarũ rationum. ¶Magnificentia:hoïes
deſiderare facit magna.¶Magnificẽtia loqt̃ de ma-
gnis rebus.¶Magnificus: habet nobilem animum. ¶Magni- 5
ficus:de modicis nõ conſolat̃.¶Magnificus:plus dare deſide-
rat q̃ accipere.¶In dando:conſiſtit dominium & in accipiẽdo
ſeruitus.¶Magnificus: de magnis rebus/magnum facit ama
re.¶Magnificus:magnam habet ſpem.¶Quia magnificentia 10
cum humilitate aſcendit:eſt contra ſupbiam. ¶Superbia:ita
eſt falſa ſimilitudo ſuperbi/ſicut magnę diuitiæ hominis aua
ri. ¶Magnificentia quæ eſt virtus: non eſt ſine nobilitate.
¶Magnificentia : ſe non laudat/ſed laudat id quod deſiderat.
¶Magnificentia:plus eſt per operationem q̃ per locutionem.
¶Magnificentia:non eſt de parua poteſtate. ¶Magnificentia 15
& intellectus:diſponunt voluntati magnificationem ĩ attin-
gendis magnis rebus.¶Magnificentia:ſine diſcretiõe non ha
bet formam. ¶Magnificus:non conqueritur.¶Magnificus.
non mentitur.¶Quia magnificus magnum habet animum: 20
timorem non habet/neq; indigentiam.

De prædicatione. Rub.XLVII.

PRędicatio:eſt doctrina ad ſeruiẽdum deo.¶Prędica 1
tor:cõcordare debet ſuam intentionem cũ auditori
bus ſuis ad ſeruiendum deo.¶Prædicator:doctrinã
tradere debet ſecũdum operationes naturę:& ideo huiuſmo
di conſideret de quibꝰ locuti ſumus in arbore ſciẽtiæ. ¶Ignis
cũ ſiccitate aerẽ mortificat qui eſt humidus:vt ipſum doma-
re poſſit vt ſuũ calorẽ recipiat.¶Ignis concordat cum aere in 5
calore:vt illo poſſit aquã calefacere quæ eſt frigida. ¶Ignis vt
abũdare poſſit ĩ dãdo ſuã virtutẽ:accipit virtutẽ a ſole ĩ luci
ditate & calore/& a terra ĩ ſiccitate.¶Plãta ĩ toto/qđ facit fi-
nẽ ſequit̃ propter quẽ ẽ:& id totũ qđ facit ꝑpter fructũ facit.

¶Planta frondes & flores p̄diſponit cū ſucceſſione tēporis: vt
10 poſſit fructificare.¶Plāta:in ſuā ſpeciē cōuertit virtutē natu
ralē q̄ ſibi aduenit cū ſuauitate interiori.¶Senſitiua:appetitū
habet ad ſentiendum ſenſibilia vtilia.¶Cū ſenſus deficit par-
ticularis:reſtauratur ſua virtus in ſenſu cōmuni.¶Imagina-
tiua:eſt obediens ad imaginandū id quod deſiderat.¶Volū-
tas:naturaliter vadit poſt intellectum vt oſtendat ei quæ res
15 ſunt licitę vt diligantur/& quæ ſūt illicitę vt odiātur.¶Intel
lectus colligit ſpecies & ipſas tradit memoriæ:vt alia vice me
lius ipſas cognoſcere poſſit.¶Memoria illas ſpecies quas acci-
pit cōſeruat: & ei reddit ipſas/ per quē & ipſas dat voluntati.
¶Virtus moralis eſt imago virtutis naturalis:& vitiū mora-
le eſt imago priuationis finis.¶Bonus angelus /totus cōuer-
ſus eſt ad ſeruiēdū deo:& malus angelus totus peruerſus eſt
ad inobediendū deo.¶Deus voluit eſſe homo:vt naturaliter
hominem diligeret/& vt naturaliter ab homine diligeretur.
20 ¶Bonus prędicator prędicat exēplo & doctrina. ¶plus præ-
dicat idem propter vtilitatē audientiū q̄ propter ſuam.

De diſputatione. Rub.XLVIII.

1 Diſputatio:eſt cōtrarietas rationalis/quæ per verbum
manifeſtat cōceptionem quā vnus intellectus habet
cōtra aliū.¶Diſputatio:requirit ordinē artificialē/q̄
ſit imago ordinis naturalis potentiarum corporis & animæ.
¶Diſputatio q̄ eſt per authoritatē reqrit ſanctitatē.¶Diſpu-
5 tatio q̄ eſt per neceſſitatē requirit rationē.¶Nulla authoritas
ſancti eſt cōtra rationē:nec aliqua ratio eſt cōtra aliā.¶Diſpu
tatio q̄ fit per authoritates:nō habet quietē.¶Ratio attingit
res naturales p naturā:& illas res q̄ ſunt ſupra naturā attin-
git in virtute obiecti ſupmi.¶In diſputatiōe: oportet primis
principiis cōſentire & ſequi cōſequētiā illorū.¶Prima princi
10 pia ſunt illa:q̄ ſunt deo magis ſimilia.¶In diſputatione:opor
tet ꝙ ſit cōmunis amicitia q̄ refrenet particularitatē cōtrarie
tatū.¶Noli diſputare cū homine q habeat intellectū ſuperbū
quoniā nō vult ꝙ tua veritas ſit intellecta.¶In diſputatione:

qui veritatē concedit nō eſt deuictus/ſed doctrinam accipit. ¶Qui in diſputatione terminos mutat/ a veritate fugit: & q̄ fugit eſt deuictus. ¶In diſputatione eſt magis laudabilis ille qui veritatē cōcedit q̄ ille qui ipſam oſtendit: quoniā plus habet de humilitate. ¶Qui diſputat: cauſa diſputādi/cōſentire debet veritati. ¶In diſputatione: homo ſe debet habere ad finem propter quē eſt. ¶Finis diſputationis: eſt veritatē inquirere & cōcedere. ¶In diſputatione: debet eſſe breuis ꝓpoſitio & breuis reſpōſio. ¶In diſputatione: caueas ab ira q̄ ītellectū infirmat. ¶Vrbane loqui: amicitiā in diſputando cōſeruat.

De repræhenſione. Rub. XLIX.

Reprehenſio: eſt male facti redargutio. ¶Repræhēſio moralis: eſt imago reprehēſionis naturalis. ¶Cū aer accipiat calorē ab igne: cur aer eſt ei cōtrarius p humiditatē? ¶Cū aqua ſit amica aeris: cur aer eſt ei cōtrari⁹ ſuo calore? ¶Cur aer eſt amicus & inimicus ignis? ¶Cur aqua in pipere ignē reꝑhendit qui ipſam multū calefacit: cū in pipere ignis ſit dominus eius? ¶Cur aqua ignē reꝑhēdit: eo ꝙ piper facit nigri coloris qui eſt ꝑ naturā ſiccitatis? ¶Planta quæ repræhendit pluuiam quia ſibi nō adeſt: dominū pluuiæ reprehēdit. ¶Ouis quæ hominē reꝑhēdit qui ipſam occidit & comedit: finē propter quē eſt reꝑhendit. ¶Quare guſtus infirmus reꝑhēdit pomū: qđ ꝑ ſuā naturā dulcē habet ſaporē? ¶Homo qui reꝑhendit oculos ſuos quia vident formoſarum mulierū pulchritudinē: quare nō reꝑhendit ſeipſum ꝙ ipſos nō claudit/aut quia caſtitatē nō diligit? ¶Cur homo ſuā imaginē reꝑhendit: qui neſciat imaginari? ¶Ruſticus q̄ ambulat tota die: cur a milite reꝑhēditur ꝙ groſſos habeat calceos quibus equo ſuo ordeū procurat. ¶Volūtas quæ errat: cur reprehendit intellectū quem nō conſulit? ¶Homo qui habet duos oculos reprehendens illū qui habet vnū ſolū: dominū naturæ repræhendit. ¶Cur perſona cōmunis reprehenditur: ſi erret aliquando? ¶Quare vinū quod naturā habet inebriandi: reꝑhendis? ¶Quilibet homo: poteſt plus repræhendere ſeipſum

q̃ alium. ¶Quare repræhẽdis infideles qui de deo veritatem neſciunt/quia ipſam non diligunt: & te ipſum non reprehendis qui ipſam ſcis/& eis ipſam non prædicas? ¶Repræhenſibilis: cur reprehendit?

De poſſeſſione. Rub. L.

POſſeſſio: eſt actus dominii. ¶Moralis poſſeſſio: eſt imago poſſeſſionis naturalis. ¶Omnis poſſeſſio: requirit finem propter quem eſt. ¶Eſt vna poſſeſſio quæ eſt gratis: & eſt alia quæ eſt per contrarium. ¶Ignis poſſidet aerem in concordantia: & aquã in cõtrarietate. ¶Ignis poſſidet piper: & id totum quod ipſe in potentia eſt. ¶Ignis poſſeſſus eſt per terram in generali quia ei dat ſiccitatem: & poſſidet terram in pipere in ſpeciali/quia in ipſo eſt dominus. ¶Fructus poſſidet omnes partes arboris: inq̃tũ eſt finis illi9. ¶Oculi nõ poſſidẽt obiectũ: ſed illud de quo ſunt. ¶Intellect9 poſſidet imaginationẽ: inquãtũ facit ipſam iſtrumẽtũ ad imaginãdũ naturas corporales. ¶Volũtas intellectus & imaginatio manũ poſſidẽt q̃ non mouet malleũ: & manus poſſidet malleũ/& malleus clauũ. ¶In poſſeſſione claui & mallei eſt volũtas domina per finẽ: & intellectus eſt dominus per operationẽ. ¶Generatio poſſidet corruptionẽ per finẽ: & affirmatio negationẽ. ¶Finis dei: omnia poſſidet. ¶Anima per corpus poſſeſſa: eſt infirma. ¶Quęlibet potẽtia animę aliã poſſidet: ſecũdũ finẽ ſui officii. ¶Maioris valoris eſt bonũ poſſeſſũ: q̃ malus poſſeſſor. ¶Oĩs malus poſſeſſor: poſſidet contra finẽ poſſeſſionis. ¶Diues auarus ſuas diuitias nõ poſſidet: ſed per ipas poſſidet. ¶Ille poſſidet panẽ q ipm comedit & ipm aliũ comedere facit: & ille denariũ poſſidet: qui de ipſo trahit vtilitatem.

De vita actiua & contemplatiua. Rub. LI.

VIta actiua eſt doctrina viuendi: & vita contẽplatiua eſt doctrina recolendi/intelligẽdi/ & amandi deum. ¶Vita actiua eſt ancilla vitæ contemplatiuę: & vita contemplatiua eſt ancilla dei. ¶Vita contemplatiua: eſt antecedẽs vitæ actiuæ. ¶Non oĩs vita cõtẽplatiua: eſt melior q̃

actiua.¶Nullus eremita tantum boni facit: quantum prædicator bonus.¶Melior eſt vita:per doctrinam q̃ per ieiunium ¶Bonus prædicator:vitam habet contemplatiuã in ſe/& actiuam in prædicando.¶Melior vita:per maiorem vtilitatẽ cõſiſtit. ¶Non ineſt tantum vtilitatis in vno:q̃tum in multis ¶In vita contemplatiua eſt voluntas domina:& in actiua intellectus eſt dominus. ¶In vita contemplatiua:voluntas plꝰ deſiderat deum amare/q̃ memoria poſſit recolere/vel intellectus intelligere.¶Contemplatiuꝰ: non ſentit famem/ſitim/frigus/neq; dolorem.¶Contemplatiuꝰ: non timet indigẽtiã neq; dedecus.¶Contemplatiuus:magnam habet contemplationem/& modica verba. ¶Contemplatiuus:paruũ lectum/& paruam ſcutellam habet.¶Contemplatiuus:reſpicit cœlũ & non terram.¶Vita actiua:eſt vicina proſperitatum & aduerſitatum. ¶Vita actiua loquitur cum prudentia & charitate:& contemplatiua cum ſpe & charitate.¶Vita contemplatiua non plorat neq; ridet:& actiua plorat et ridet.¶Vita contemplatiua eſt ſupra corpus:& actiua in corpore.

De proſperitatibus & aduerſitatibus. Rub.LII.

PRoſperitates:ſunt res placidæ ad ſeruiendum.¶Aduerſitates:ſunt res difficiles ad ſeruiendum. ¶Magis honoratus eſt ſeruitor per proſperitatem:q̃ per aduerſitatem.¶Facile eſt ſeruire in proſperitatibus:difficile eſt ſeruire in aduerſitatibus. ¶Famulus: plus ſeruire poteſt cum proſperitate q̃ cum aduerſitate. ¶Qui ſeruit cum proſperitate ſeruit cum deuotione: & qui cum aduerſitate cum patientia. ¶Seruitium plus valet cum magna patientia:q̃ cum parua deuotione.¶Ille magnum habet animum:quem proſperitates non vincunt.¶Qui proſperitatem dimittit vt ſeruiat deo:timet illas. ¶Ille eſt fortis qui eſt iuxta ignem:& calorem non ſentit.¶Ignis:citius calefacit carnem q̃ lapidem.¶Fortis animus: non impeditur per ꝓſperitates vel per aduerſitates.¶De hoĩe q̃ ſeruit deo ſuſtinẽdo ma-

gnas aduerſitates :debet deꝰ habere magnā pietatem. ℭQui nō fatigatur ſeruiēdo deo in aduerſitate:eſt iuſtior illo ꝙ fatigat in pſperitate . ℭPrudētior eſt ꝙ fugit pſperitatem : ꝗ ille qui fugit aduerſitatem. ℭProſperitas facit hoīes hilares:aduerſitas facit triſtes.ℭAduerſitates corporis : ſunt proſperitates animæ. ℭProſperitates corporis:ſunt aduerſitates aīę.ℭPrudēs eſt ille:qui pacē facit inter aduerſitates & pſperitates.ℭOis aduerſitas ꝗ vēit hoī ī ſeruiēdo deo : ē pſperitas.

De pace & bello. Rub.LIIII.

PAx:eſt participatio bonorum ſine labore / & bellum eſt cōtrariū.ℭIuſtitia procurat pacem: & iniuria bellū. ℭSi æqualitate pacificare non potes:pacifica proportione. ℭSi ponas actus rationum in concordantia habebis pacē:& ſi ipſos ponas ī contrarietate / habebis bellū. ℭSi magnū habeas aīm & diligas magnū bonū /habebis pacē pamare:& ſi puū bonū diligas hēbis bellū. ℭSi oculi tui bellū tibi moueāt ī vidēdo pulchras res/& pacē habere volueris:cōſidera finem illarum. ℭVerba humilia/ſunt nuncii pacis:& verba ſuperba ſunt nuncii belli .ℭProcura pacem tui corporis:in ieiunio & oratione. ℭMagnitudo eſt bona in pace:& eſt mala ī bello.ℭEx magno bello magna pax : & ex pua pace magnum bellum.ℭDe tuo vicino:aut maior pax aut maius bellum. ℭDe tua voluntate quę odit veritatem/ & de tuo intellectu qui ipſam intelligit:habebis bellum. ℭDe potentiis quæ concordant in obiectis:habebis pacem. ℭMaiorem pacem aut maius bellum tecum habere poteris : ꝗ cum alio. ℭAnima quę eſt ancilla corporis non habet pacem:nec corpꝰ cum ſeruit animæ habet bellum.ℭPax conſiſtit per finem:& bellū per cōtrariū.ℭCū deo maiorē pacē habere poteris/ꝗ cū alio:aut maius bellum. ℭIn conſcientia:maior pax aut maius bellum. ℭIn hac vita /parua pax aut paruum bellum:& in alia maior. ℭIn charitate non eſt bellum:neqꝫ in crudelitate pax.

De primo motu & ſecundo. Rub.LIIII.

PRimus motus:eſt actꝰ potentiæ qui incipit ſine deli 1
beratiōe.¶Secundꝰ motꝰ:eſt actus potentiæ in quo
fit deliberatio & conſenſus. ¶Primus motus quem
ignis habet in aere eſt per calefacere:& ſecundus eſt per deſic
care. ¶Quia aer habet placitum in accipiēdo calorē ignis/nō
habet deliberationē ī accipiēdo calorē p primū motū:& qa ip-
ſi diſplicet ī accipiēdo ſiccitatem de terra/ hēt deliberationē
in ſcdo motu ſua poteſtate & ſiccitate.¶Appetitꝰ plātę appe- 5
titum nō hēt ī prīo motu:ſed appetitū habet p ordinē & natu
ralem diſtinctū in ſecundo motu.¶Oculi deliberationē nō ha
bēt ad videndū p primū motū:ſed per ſecundū ingtū habent
poteſtatem nō videndi per clauſionem ſui. ¶Imaginatio ſe
non multiplicat in prīo motu:ſed in ſcdo.¶Voluntas habet
deliberationem in ſecundo motu:per multiplicationem aut
diminutionē. ¶Intellectus ī primo motu ītelligit: & in ſcdo
motu ſuū intelligere multiplicat.¶Memoria ī prīo motu ac- 10
cipit ſpeciem:& in ſecundo ipſam reddit.¶Intellectꝰ iueſtiga
tiuus in primo motu ſupponit:& in ſecundo intelligit. ¶Oīs
ignorantia:incipit in ſcdo motu.¶Si ignorare inciperet ī prio
motu:in vno tēpore inciperemꝰ ignorare & intelligere. ¶In-
tellectus infuſus attingit in primo motu:& practicus in ſecū
do.¶Scientia incipit in primo motu per dubitationem:& tra 15
ditur in ſecundo per intelligere.¶Qualibet potētia:ſe habet
ad primum motū & ad ſecundum.¶In motu voluntatis: mo
uet intellectus ita cito ſicut voluntas. ¶Illa potētia q̄ prior
eſt in primo motu:eſt prior in ſecundo.¶Vna potentia eſt in
ſtrumentum alterius:cū de prio motu ſe transferat ad alterū.
¶Ex inordinato inſtrumento:inordinatus actus. 20

De inſtinctu morali. Rub.LV.

INſtinctus moralis: eſt imago & figura naturalis. 1
¶Actus inſtinctus moralis:incipit in primo motu.
¶Prudentia q̄ eſt in prio motu:eſt p inſtinctū mora-
lē.¶Perſeuerātia ordinati intelligere:eſt cauſa inſtinctꝰ mora
lis.¶Moralis inſtinctus:eſt ſubtile inſtrumentū ad itelligen- 5

dum. ¶Per inſtinctum moralem: percipiunt homines veritatem ſine acquiſitione. ¶Intellectus qui veritatem intelligit p inſtinctum moralem: excitat voluntatem ad amãdum quod intelligit. ¶Cum intellectus non intelligit: moralem habet iſtinctum ad mouendum memoriam vt reddat ei aliquam ſpeciem per quam intelligat. ¶Sicut oculi cum vident pulchras figuras habent inſtinctum naturalem ad mouendum vluntatem ad placentiam: ſic habet intellectus inſtinctum moralem ad triſtificãdam voluntatẽ quæ odit virtutes. ¶Sicut voluntas p moralem appetitum mouet intellectum ad intelligendum: ſic mouet intellectus voluntatem ad amandum aut ad odiendum per moralem inſtinctum. ¶Cum memoria nimis recolit aliquod obiectum; ligat ſuo morali inſtinctu ad illud obiectum inſtinctum moralem intellectus / & moralem appetitum intellectus. ¶Moralis inſtinctus ſine morali virtute: inclinationẽ habet ad malum. ¶Sine morali inſtinctu: imaginatio hominis nõ habet ſubtile imaginari. ¶Inſtinctus moralis bruti animalis: eſt imago & figura inſtinctus naturalis ſuę imaginationis. ¶Homo ſtult⁹ aut phantaſticus: inſtinctũ habet moralem ad recolendum & ad imaginãdum & non ad intelligendum. ¶Ira & nimi⁹ timor & verecundia: deſtruũt moralitatem intelligendi intellectus. ¶Imaginatio tradit inſtinctum moralem ſenſus: ad inſtinctum moralem intellectus. ¶Intellectus & imaginatio: participant ĩ iſtinctu per moralitatem. ¶Nulla potentia: cum alia extra moralitatem participat. ¶Sicut ignis & aer participant per calorem: ſic participant potentiæ per moralitates. De conſenſu. Rub. LVI.

Conſentire: eſt act⁹ potẽtiæ, q̃ cõcordat conſequens cũ antecedẽte. ¶Primus motus eſt per antecedens: & ſecũd⁹ p cõſequẽs ĩ quo fit deliberatio cõſẽſ⁹. ¶Per oculos hẽbis primũ motũ ad placẽtiã: & in ſcdo mltiplicabis placẽtiã cũ cõſẽſu / aut ipſã mortificabis cũ nõ cõſẽſu. ¶In nullo prio motu: deliberatio cõſenſ⁹ fieri põt. ¶Cõſenſus ĩtellect⁹: ẽ p ſecũdũ motũ. ¶Quia volũtas eſt celerior q̃ ĩtellect⁹ ſu⁹

cõſenſus propinquior eſt primo motui q̃ cõſenſus ĩtellectus. ¶In ſecũdo motu:memoria deliberationẽ habet conſentiendi per recolere aut per obliuiſci. ¶Potentia inquantũ eſt inſtrumentũ/deliberationẽ nõ habet ad conſentiendũ. ¶Malleus q percutit clauũ:deliberationẽ nõ habet ad cõſentiẽdũ.¶Poſtq̃ voluntas peccatũ diligit in ſecũdo motu: deliberationem nõ habet ad conſentiendũ.¶Poſtq̃ conſentire eſt principiatũ:nõ eſt principiãdũ.¶Magna charitas /cito cõſentire facit:& magna prudentia/tarde.¶Vnus conſenſus eſt per ſapientiam:& alius per voluntatẽ/& alius per bonitatẽ/& alius per magnitudinem.¶Anteq̃ conſentias:reſpice finem. ¶Omne meritum: incipit per conſenſum. ¶Princeps qui conſentit ſine conſilio: non eſt prudens. ¶Conſiliũ principis:eſt antecedens ſui conſenſus.¶Frequenter tuo amico conſentias:non autẽ tuæ mulieri. ¶Anteq̃ conſentias: frequenter conſidera ſi conſenties. ¶Ita ſe habet conſentire poſtq̃ conſenſiſti;ſicut verbũ qđ dixiſti/aut lapis quem proieciſti.

De viſu. Rub.LVII:

Viſus: eſt illa potẽtia quæ primo colorẽ attingit.¶Facile poteris aſſuefacere tuos oculos ad vidẽdas pulchras res:& difficulter ad turpes res.¶Per pulchrũ colorem & figurã:eſt obiectũ placidũ ad videndũ. ¶Tu nõ vides ſubſtãtiã:ſed figurã eius. ¶Per figurã quã tui oculi attingunt:attingit imaginatio ſubiectũ figurę.¶Si imaginatio nõ attingeret ſubiectũ coloris:capra timorem lupi non haberet. ¶Id quod imaginatio accipit per oculos & per ſe:tradit intellectui.¶Id qđ intellectus accipit ab imaginatione:tradit memorię & volũtati.¶Si reſpicias tuis oculis ĩ terrã/triſtis eris: & ſi in cęlũ lętus eris. ¶Id qđ vides tuis oculis:in illis vides. ¶Nulla videndi actiuitas:ſuũ proprium obiectum dimittit. ¶Solem bene videre nõ potes propter nimiã lucẽ:nec niuem propter nimiã albedinẽ.¶Obiectũ non venit ad oculos tuos: ſed ei9 ſimilitudo. ¶Similitudinẽ obiecti attrahit vidẽdi actiuitas/videndi paſſibilitate morali innaturali. ¶Viſus:eſt in-

ſtrumentum lucidi/quod dat lumen tuis manibus ad operandum/& tuis pedibus ad ambulandum. ¶Melius tibi eſſet ꝙ oculos non haberes:ſi illis peccatum perpetres. ¶Nullum obiectum adeo pulchrum eſt ad videndum:vt obiectum crucis.¶Reſpicias prius manus tuas:q̃ manus alienas.¶In omni panno prius conſidera vtilitatem q̃ colorem.¶Oculo dextro rideas pro tua virtute:& oculo ſiniſtro plores pro tua iniquitate.

De auditu. Rub.LVIII.

AVditus:eſt illa potentia quę ſentit ſonum.¶Imaginatio non attingit ſonum:ſed ſimilitudinem eius. ¶Per naturã actiuitatis audiendi & audibilitatis: ẽ audire.¶Malleus qui efficit ſonũ percutiẽdo clauum: illidit aerem in clauo/& aer retinet ſonum in tuis auribus cum quibus participat.¶Quoniam aer percuſſus in ciſterna/eſt concluſus:retinet diuturnum ſonum. ¶Qui veritatem audit:p naturam lętus eſſe debet.¶Qui audit nominare deum:prius ipſum amare debet q̃ timere. ¶Audi deum nominari:cum reuerentia.¶Claude aures tuas ne turpia verba audias:& ipſas aperi vt honeſta verba audias.¶Frequenter audias loqui de tuo amico:& tarde de tuo inimico.¶Non audias:ſine aliqua vtilitate ¶Meliꝰ audis de die q̃ de nocte:quia aer eſt magis ſpiſſus de nocte q̃ de die.¶Poſtq̃ vendere noles tuum auditum:non ſubmittas ipſum ad audienda verba vilia.¶Qui non intelligit id quod audit:habet auditum fruſtra. ¶Finis audiendi:eſt intellectum.¶Recolas per hoc quod audiſti:& illud retineas.¶Nullum dormire eſt tanti valoris:quanti vnũ bonũ audire.¶Audire bene loqui de deo:eſt optimũ audire. ¶Fugias:ſi de deo malũ loqui audias.¶Audias tuum amicũ: & tuum inimicum non.

De odoratu. Rub.LIX.

ODoratus:eſt illa potentia quæ ſolum ſentit odorem ¶Odorare:eſt vt corpus habeat voluptatem ac vtilitatem attrahẽdo odores.¶Sicut pomum iuuat vi

tā per ſaporē:ita vitiū iuuat p̱ odorē.¶Guſtꝰ excitat appetiti
uā p̱ ſaporē:& odoratꝰ p̱ odorē. ¶Odoratꝰ abhorret odorare 5
tetrū odorē:q̄a ē de corruptiōe.¶Si odoratꝰ nō eſſet:ſupfluꝰ
eſſet odor ī natura.¶Sicut oculi colorē in luce attingunt: ita
odoratꝰ attīgit odorē in aere.¶Quia odoratiuū ē:odorabile
eſt.¶Si odoratiuū eēt ꝓpter odorabile:eēt finis potētiæ paſſi-
uæ nobilior q̄ finis potentiæ actiuæ.¶Scire modū q̄uo odora 10
tus attīgit odorē:ē difficile.¶Sicut aures ſonū per aerem at-
tingūt:ita odoratꝰ attīgit odorē per aerē odore indutū. ¶Nō
odores odorem:qui te moueat ad luxuriā.¶Quia odoratꝰ eſt
inſtrumentum:non habet culpā.¶Oder in quo odoratꝰ ſen-
tit placitū:eſt intimus. ¶Sicut oculi afferūt placidū cordi vi 15
dendo pulchros colores & figuras:ita odoratus placitū affert
cordi odorando odores placidos & ſuaues.¶Oēs ſenſus ſunt
mercatores:quos cor trāſmittit ad lucrādā lætitiā.¶Odora-
tus ita eligit ſpecies rerū cū odore:ſicut oculi cū colore.¶Au
res ſonū tubę nō accipiūt ſed ſi'litudinē illiꝰ ſoni:& odoratꝰ eo
dē mō accipit ſimilitudinē odoris roſę odorabilis.¶Quia au-
ditus participat magis cū fine animę q̄ odoratus:eſt nobilior
potentia. ¶Hō q̄ nō bene ſentit odorem:nō eſt multū hilaris. 20

De guſtu. Rub.LX.

GVſtus:eſt potentia q̄ ſaporē attingit. ¶Guſtus:att ī 1
git guſtabile cū ſapore.¶Quia differentia ē pars gu
ſtus:attingit guſtꝰ per differentiā differētes ſapores
¶Differētia guſtꝰ & differētia pluriū ſaporū:ſūt vicinę.¶Gu 5
ſtus:generaliter appetit ī ſapore dulcedinem. ¶Per īſtinctū
naturalē:appetit guſtus acutū ſaporē aceti.¶Secūdū q̄ eſt in
ſtinctus naturalis:guſtus mouetur ad guſtandum .¶Sicut p̱
fidem melius potes ītelligere id q̄d intelligis:ita p̱ guſtū meliꝰ
guſtare potes id quod guſtas. ¶Id per q̄d magis guſtares &
non potes cum ſaturatus es:eſt ex parte potentiæ paſſiuæ q̄
eſt plena.¶Non potes guſtare quando es infirmus:quia appe 10
titiua inſtinctum naturalem habet impeditum. ¶In guſtu
ita vadit appetitiua poſt inſtinctum naturalem:ſicut in pru-

dentia voluntas poſt intellectum. ¶Sicut voluntatem non habes eundi cū es in tenebris: ita non habes appetitum guſtandi/cum inſtinctus naturalis eſt infirmus. ¶Quia tuus intellectus & tuus inſtinctus naturalis per ſimilitudinē participāt: in guſtare eſt intellectus magis diſcretus q̄ voluntas. ¶Si in guſtando/tēperantiam non recolas: non es diſcretus. ¶Guſta plus propter viuere: q̄ propter ſaporem. ¶Qui viuit vt comedat: plus ſaporem diligit q̄ vitam. ¶Cum comedis parum bibas: & multum quando non comedis. ¶Nimis ſaporem diligit: qui frequenter comedit. ¶Qui ignorat complexionem rei quam comedit: non eſt diſcretus. ¶Si famem habeas nō verecunderis comedere: & ſi ſatur es & comedis de teipſo verecundiam habere debes.

De tactu. Rub. LXI.

TActus: eſt potentia quæ attingit duritiem & mollitiem/ponderoſitatē/& alia ſua obiecta. ¶Nullus ſenſuum eſt ita communis: ſicut tactus. ¶Tactus prius habet ſuum actum: q̄ ali⁹ ſenſus. ¶Per nullum ſenſum tantum ſentis: q̄tū per tactum. ¶Tactus: ignem ſentit calore ¶Tactus: ſentit calorem & frigiditatē ſine medio. ¶Similitudo caloris: non poteſt eſſe calida. Tactus: attingit tangibile tangendo. ¶Inter tactiuum & tangibile: non eſt aliud medium q̄ tangere. ¶Si inter tactiuum & tangibile eſſet aliud medium q̄ tangere: tactus non eſſet id quod eſt. ¶Tactus: plus cōſiſtit per neceſſitatem q̄ per delectationē. ¶In nullo ſenſuum conſiſtit tantum vigilatio: q̄tum in tactu. ¶Tactum effugere non potes: niſi per dormitionem/ebrietatem/aut furioſitatē. ¶Id quod tactus multiplicat: eſt ſua figura. ¶Tactus: eſt antecedens ſentiendi. ¶Per tactum: ſentis famem & ſitim ¶Guſtus: eſt ſeruitor tactus. ¶Sine tactu & guſtu: viuere non potes. ¶In tactu qui requirit electionem: fit diſcretus. ¶Per nullum ſenſum eſt cor ita lætum aut triſte: ſicut per tactum.

De affatu. Rub.LXII.

AFfatus:eſt ſenſus incognitus. ¶Affatus:eſt potentia quæ conceptionem mentis manifeſtat. ¶Obiectum affatus:eſt conceptio mentis cuius inſtrumentũ eſt lingua. ¶Lingua eſt cõmune inſtrumentũ ad affandũ & guſtandũ:ſicut ſonus cõmunis eſt ad audiendũ & loquendum. ¶Per affatũ:participas plus cũ anima rationali q̃ per aliũ ſenſum. ¶Inter conceptionẽ mentis & auditus:conſiſtit affatus. ¶Per nullũ ſenſuũ tantũ participat vnus homo cũ alio: ſicut per affatum. ¶Nullus ſenſuũ tot res ſignificat:ſicut affatus. ¶Auditus ſonũ audit:& affatus ipſum producit. ¶Affatus: nomen dei producit in ſono/& auditus ipſum accipit. ¶Per affatum: quicq̃ magis amari poteſt aut odiri q̃ per aliquẽ alioꝝ ſenſuũ. ¶Affatus:ſciẽtiã tradit auditui. ¶Affatus eſt figura intellectus: & auditus memoriæ. ¶Odoratus nõ eſt ita neceſſarius ſenſus:ſicut affatus. ¶In hoc mundo:ſine affari cũ deo participare non potes. ¶Cũ affatus ita ſit nobilis potentia & de tã magna vtilitate:iniuriã ipſi feciſſet deus naturæ ſi ſenſus nõ eſſet. ¶Cũ nullo actu ſenſus habet filius dei ita magnã concordantiã:ſicut cũ affatu. ¶Affari & loqui:conuertũtur. ¶Affatus & locutio:ſunt vocabula ſynonyma. ¶Artes mechanicę magis oſtẽduntur ꝑ affatũ:q̃ ꝑ aliquẽ aliũ ſenſum.

De emptione & venditione. Rub.LXIII.

EMptio & venditio: ſunt morales diuitiarũ permutationes. ¶Ille mercator eſt: qui emit vt vendat. ¶In emptione & venditione:traditur minus bonum pro maiori. ¶In emptione & venditione: eſt vnũ & idem bonum maius & minus. ¶Clauus eſt maius bonũ illi qui ipſum emit q̃ denarius:& denarius eſt maius bonũ illi qui clauũ vendit. ¶In emptione & venditione:facis teſtẽ iuramentũ. ¶Qui in emptione & venditione facit falſum teſtimoniũ: falſe emit & vendit. ¶In emptione & venditione:nõ facias inſtrumentum de hoc quod valet plus q̃ res quã emis aut vẽdis. ¶Emptio & venditio:ſunt conſequentię vtilitatis. ¶Frequenter emere &

vendere:faciunt diuites mercatores. ❡Prudẽtia/veritas/& legalitas:ſunt adminiſtratrices ĩ emptiõe& vẽditiõe. ❡Nemo hẽt tã magnã ſpẽ ĩ emptiõe & vẽditiõe:ſicut mercator. ❡Qui emit : ponit proportionem inter id qđ accipit & id qđ tradit. ❡Emptio & venditio:ſunt æquales ptes iuſtitiæ. ❡Qui emit cũ deceptione:legalitatem vendit & charitatẽ. ❡Plus lucrari potes per virtutes in emendo & vendẽdo:q̃ per illud qđ emis & vendis. ❡Deũ emere nõ potes:ſi nõ des teipſũ. ❡Qui ſeipm̃ vendit:non habet quo deũ emere poſſit. ❡Nocte : emas diem. ❡Eleemoſyna:eſt nuncia quę a deo q̃rit/an ſe permittet vendi.

De diuitiis & paupertate. Rub.LXIIII.

Diuitiæ: ſunt copioſitates voluntatis. ❡ Paupertas:eſt indigentia bonorum neceſſariorum. ❡ Diuitiæ aĩę: ſunt virtutes. ❡Paupertas animæ: ſunt vitia. ❡Diuitiæ corpis: ſunt poſſeſſiones & denarii. ❡Nullũ corpus tantũ ditari poteſt:q̃tum anima. ❡Anima poteſt eſſe magis pauper q̃ corpus. ❡Nobilitatis finis:eſt magnitudo diuitiarum. ❡Secũdum differentiam diuitiarum & paupertatis/diuitiarum & diuitiarum/paupertatis & paupertatis:ſunt homines pauperes & diuites. ❡Non ſis diues neq̨ pauper:propter tuũ filiũ neq̨ ꝓpt tuã filiam. ❡Qui pauper eſt propter honorẽ:bis eſt pauper. ❡Qui propter deum eſt pauper:bis diues eſt. ❡Diuitiæ q̃ non ſunt propter virtutes:non ſunt laudabiles:nec paupertas q̃ non eſt ꝓpter vitia eſt verecunda. ❡Melior eſt homo pauper per ſpem:q̃ homo diues ſine ſpe. ❡Homo pauper:ſæpius habet ſpem q̃ diues. ❡Humilitas:eſt magis vicina paupertatis q̃ diuitiarũ. ❡Diuitiæ corporales: ſuũ finem habent tangendo & guſtando. ❡Diuitiæ aggregatæ ad honorãdum deum:ſunt bonæ. ❡Qui diuitiis renunciat ad honorandum deũ/& ad ipſas redit ad honorãdũ ſeipſum:deũ inhonorat. ❡Poſtq̃ homo elegit paupertatem bonorum temporalium:ipſam dimittere non debet.

De ſeruitio. Rub.LXV.

SEruitium eſt gratū iuuamen:& nō ſeruitiū eſt contrarium.¶Qui ſeruit deo:fit ei ſeruitiū per oēs fines ¶Seruire: eſt actus charitatis.¶Seruire eſt per bonitatē:& non ſeruire eſt per malitiā.¶Non accipias frequenter ſeruitiū:de tuo amico.¶Seruias: ſi ſeruitiū habere volueris.¶Prudentia & iuſtitia:oſtendunt vias ſeruiendi. ¶Fatue ſeruit:qui ſine prudentia ſeruit.¶Quale ſeruitium: talis remuneratio.¶Sapiens eſt qui ꝑ modicū ſeruitiū:magnū hēt ſeruitium.¶In ſeruitio:quodlibet inſtrumētum habet ſuum locum.¶Inſtrumētum quod ſeruit:corripit̄.¶In ſeruitio:corpus eſt ſubditum/& anima domina.¶Deus dedit omnes creaturas corporales:ad ſeruiendū homini.¶Omnia quæ tibi data ſunt ad ſeruitium tuum:ſunt tibi data vt in ipſis deo ſeruias.¶Secundum comparationem: nulli ita parum ſeruitur ſicut deo.¶Nihil tantū cōmodū:quantū deus. ¶Deus:non facit nō ſeruitium alicui.¶Sine bonitate & virtute: nemo eſt ſeruitio dignꝰ.¶Quilibet hō exiſtens in pctō:ſeruit diabolo.

De lucro & perditione. Rub.LXVI.

LVcrari:eſt multiplicare bonum: & perdere/eſt eius cōtrarium.¶Omne bonum lucratur:ꝗ deum lucratur. ¶Qui deū perdit:omnia perdit. ¶Lucro homines ſuum finem attingunt:& perditione ipſum perdūt. ¶Qui virtutes lucratur:multum lucratur. ¶Qui virtutes perdit: plus perdere non poteſt.¶Si perdis parentes/aut amicos/aut denarios/& lucraris patientiam: non perdis tantum quātum lucraris.¶De deo:plus potes lucrari q̄ perdere.¶Deus iuuat ad acqrendum virtutes:& nō ad perdēdum. ¶Plus potes per deum acquirere:q̄ per teipſum.¶Plus potes in te ꝑdere:q̄ in alio.¶Qui lucratur/ridet:& ꝗ perdit plorat. ¶De lucro:nemo fatigatur ¶Nemo tam frequenter lucratur & ꝑdit q̄ mercator.¶Qui plus lucrari pōt: poteſt & plꝰ perdere. ¶Nulla virtus toties lucratur:quoties patientia & temperātia.¶Lucrari diuitias/& tenere ipſas ocioſas:eſt perdere.¶Per nullum peccatum perduntur tot res:vt per auaritiam.¶Ni

20 hil perdit: qui aliam vitam lucratur. ¶Homo prudens frequenter lucratur: & tarde perdit.

De arte morali. Rub.LXVII.

1 ARs moralis: eſt ordinare potentias/& applicare ipſas ad virtutes per multiplicationem ſuorũ actuũ: & p mortificationem vitiorum. ¶Artificiare moralitates: eſt inquirere propria obiecta potentiarum/ & præſentare quodlibet obiectum ſuæ propriæ potentiæ. ¶Duratio eſt proprium obiectum memoriæ: & veritas intellectus/ & bonitas voluntatis. ¶Cum recolis veritatem: facias durare illud recolere/vt intellectus ipſam poſſit intelligere.

5 ¶Cum recolis bonitatem: facias durare tuum recolere/vt voluntas ipſam multum poſſit amare. ¶Intellige & dilige durationem bonitatis & veritatis: vt duret tuũ itelligere & diligere. ¶Intellige durationẽ bonitatis: vt voluntas diligat durationem veritatis. ¶Dilige durationem veritatis: vt intellectus intelligat durationem bonitatis. ¶Qualibet potentia delectationem habet

10 quando alia ſuum accipit obiectum. ¶Intellectus appetitum habet vt volũtas diligat ſuam poteſtatem: & voluntas habet appetitum vt intellectus intelligat ſuam poteſtatem. ¶Cum recolis iuſtitiam aut aliam virtutem: in ipſa recolas ſuam durationem: veritatem & bonitatem. ¶Sicut intelligis & amas virtutem: perſeueres in recolendo ipſam. ¶Tradas obiectum iuſtitiæ aliis virtutib⁹ vt ipſum cuſtodiant & multiplicent. ¶Obiectũ cuiuſlibet vitii: repræſentat cuilibet virtuti vt vir

15 tutes ipſum deſtruãt. ¶Obiecta tuorum ſenſuũ: præſenta p virtutes potentiis tuæ animæ. ¶In obiecto oculorum: recolas finẽ vidẽdi ſecundũ bonitatem/veritatem/iuſtitiã & ſcdm alias virtutes. ¶Concorda virtutẽ cũ virtute: & pone cõtrarietatem inter virtutem & vitium. ¶Pone ordinẽ ĩ cõcordantia potentiarum virtutum: & in contrarietate virtutis & vitii. ¶Multiplica durationem recolendi/ intelligẽdi & amandi

20 virtutes: & in odiendo vitia. ¶In tua inueſtigatione pone ante intellectum/& poſtmodum voluntatem & memoriam ĩ medio: & habeas ſpem in auxilio dei.

De prædeſtinatione & libero arbitrio. Rub. LXVIII.

PRædeſtinatio: eſt ſcire dei qui ſcit qui homines erũt 1
ſaluati. ¶ Liberũ arbitriũ: eſt electio volũtatis q̃ ſup-
ponit facere bonũ aut malũ. ¶ Prędeſtinatio hoīs: eſt
cõſequẽtia pfecti ſcire qđ habet ſapiẽtia dei. ¶ Liberũ arbitriũ
hoīs: eſt ſubiectũ pfectę iuſtitię dei. ¶ Sicut ſcire dei mutari nõ 5
poteſt: ita ſubiectũ iuſtitię dei deſtrui nõ poteſt: ¶ Quoniã iu
ſtitia dei eſt adeo perfecta ſicut ſua ſapiẽtia: ẽ ita neceſſaria cõ
ſequẽtia q̃ ex ſua ſequit̃ pfectione/ſicut cõſequẽtia q̃ ſequit̃ ex
perfectione ſapientię. ¶ Difficile eſt ĩtelligere ꝙ p̄deſtinatio &
liberũ arbitriũ poſſint ſtare ſimul: ſecũdũ fragilitatẽ humanę
rõnis. ¶ Per has duas affirmatiões & negatiuas conſequẽtes:
poſſunt melius declarari prędeſtinatio & liberũ arbitriũ. ¶ Si
Martinus eſt p̄deſtinatus nõ poterit eẽ damnat⁹: qa ſi dãnari
poſſet nõ eẽt ſapiẽtia dei ĩ ſuo ſcire. ¶ Ex affirmatiua q̃ eſt cõ- 10
ſequẽtia pfectę ſapiẽtię ſequit̃ negatiua q̃ negat pfectionẽ iu-
ſtitię dei: inq̃tũ liberũ arbitriũ cõdẽnat. ¶ Si Martinus ſit pfe
ctũ ſubiectũ iuſtitię dei qđ poſſit de ip̄o vti p iudiciũ: oportet
ꝙ poſſit eligere bonũ aut malũ/vt p bonũ iuſtitia ſibi bonũ fa
ciat & p malũ ip̄m puniat. ¶ Ex affirmatiua quæ eſt cõſequen
tia pfectę iuſtitiæ dei ſequit̃ negatiua q̃ cõdemnat prędeſtina
tionẽ: inq̃tũ iuſtitia ſaluare poterit Martinũ pro bono quod
fecerit/aut pro malo quod patrauit ipſum punire. ¶ Oportet
ꝙ duę affirmatiuę ſint verę: vt cõcordẽt cũ perfectione ſapiẽ-
tię & iuſtitię. ¶ Oportet ꝙ duę negatiuę ſint falſę: qa ſunt con 15
tra pfectionẽ ſapiẽtię & iuſtitię. ¶ Quia affirmatiuę ſunt ante
cedẽtes & negatiuę ſunt cõſequẽtes: cõſiſtit maior veritas per
affirmatiuas q̃ p negatiuas. ¶ Quia affirmatio p̄dicat de eẽ &
negatio de nõ eſſe: naturaliter maior veritas cõſiſtit p affirma
tiuam q̃ per negatiuam. ¶ Ille dicit maiorem veritatem qui
dicit deus eſt æternitas: q̃ ille q dicit deus non eſt lapis. ¶ Om
nis negatio: eſt conſequentia affirmationis. ¶ Deus non con-
ſiderat negationẽ quę ſequatur ex ſua affirmatione: quoniã

ſua perfectio conſiſtit in pura affirmatiõe.¶Sola hũana ratio conſiderat cõtrarietatẽ ꝑ negationem:inter liberũ arbitrium & prędeſtinationẽ.

De afflictione.Rub.LXIX.

Afflictio:eſt libera coactio quam anima facit corpori ad ſeruiendum deo.¶Afflictio:corpus domat vt animæ ſit obediens.¶Afflictio q̃ corpus conſumit: non eſt licita.¶Scđ3 ꝙ equꝰ laborat:eques vult vt comedat.¶Corpus nimis afflictum:neqꝫ diſpoſitũ/eſt ad vitã cõtẽplatiuã/ neqꝫ ad vitã actiuã.¶Ita poteris tibi iniuriari per nimis parum comedere:ſicut poteris tuo vicino iniuriari per auaritiam. ¶Afflictionem habere debes:contra nimium comedere & potare.¶Afflictio quæ eſt in deſiderãdo deũ:eſt bona.¶Bona eſt afflictio:quæ eſt propter iuſtitiã.¶Afflictio q̃ eſt ꝑ contritionẽ:eſt ſtudioſa.¶Nõ facias afflictionẽ:ſine virtute.¶Afflictio q̃ eſt ꝑ patientiã:eſt laudabil'. ¶Propter nimiã afflictionẽ:ẽ aĩa triſtis.¶Ita eris homicida ſi paulatim occidas:ſicut ſi ſubito. ¶Deꝰ:nõ dat hoĩ fruſtra bona tꝑalia.¶Poſtq̃ comedere debes vt viuas:ieiunare nõ debes vt moriaris. ¶Afflictio ꝓportionata:ẽ vĩdicta corꝑis.¶Abſtinere a carnibꝰ & comedere nimis ouorũ aut piſciũ:nõ eſt afflictio. ¶Hypocriſis:illos circuit q nimiã afflictionẽ faciũt.¶Ita ĩiuriaris hũilitati ſi ꝑpt afflictionẽ velis comẽdari:ſicut iniuriaris tẽꝑãtię/ſi nimis comedas.

De eleemoſyna Rub.LXX.

Eleemoſyna:ẽ erogare bonũ hoĩ q bono ĩdiget.¶Eleemoſyna:eſt figura hoĩs miſericord'.¶Si pctm̃ nõ eẽt oĩa bona tꝑalia eſſẽt cõĩa.¶Hoĩ bono facias magnã eleemoſynã:& hoĩ malo paruã.¶Facias homini bono eleemoſynã per charitatem: & hoĩ malo ꝓpietatẽ.¶Bona q̃ habes ꝓpter eleemoſynã/furaris:ſi eleemoſynã non facis. ¶Oẽ illud qđ ẽ ꝑ eleemoſynã:ẽ lucrũ pauperũ. ¶Ille auarꝰ eſt:q deſtruit ſucceſſionẽ eleemoſynæ.¶Quia eleemoſyna & humilitas cõcordant:nõ facias eleemoſynam propter laudẽ.¶Oẽs denarii eleemoſynæ:ſcripti ſũt ĩ libro vitæ.¶De denariis q̃ ſũt ꝓpter indigẽtiã:nõ facias ſuperfluitatẽ.¶Maiorẽ voluptatẽ habeas

faciendo eleemoſynam q̄ accipiendo. ¶Quí accipit eleemoſynam & nõ facit:nõ eſt iuſt⁹. ¶Ille maiorem habet eleemoſynã:q ipſã facit de ſeipſo. ¶Multũ ſe hũiliat & ſe obligat: q eleemoſynã accipit. ¶Eleemoſyna:eſt oro corpis ¶Inimici eleemoſynę:ſunt plures. ¶Procurator eleemoſynę:ẽ pcurator dei. ¶Frequẽti⁹ laudãt & noĩant deũ hoĩes q accipiũt eleemoſynã: q̄ q ipſã faciunt. ¶Denario quẽ das pauperi q a te q̄rit ppter amorẽ dei:emis amorẽ dei.

De ſocietate. Rub. LXXI.

SOcietas:eſt vicinitas ĩ qua hoĩes cõcordãtiã hñt ppter aliquẽ finẽ. ¶Societas:ẽ pticipatio pluriũ finiũ. ¶Societas bonitatũ:ẽ bona. ¶Societas magnarũ bonitatũ: ẽ magna. ¶Societas magnę bonitatis & puę:eſt pportionata ĩ fine. ¶Societas dñi & ſubditi ſine pportiõe finis:ñ ẽ bona. ¶Caueas tibi:a falſo ſocio. ¶Si cõicas cũ hoĩe q nõ eſt de tua lege:non dormias. ¶Quí cũ ſocio pūerſo cõicat:cũ labore cõicat. ¶Societas ſine virtute:ẽ vitioſa. ¶Cõica cũ hoĩe ſapiẽte:ppt ſuã doctrinã. ¶Cõica cũ paupib⁹:vt de deo audias loq ¶Societas hoĩs crudelis & auari:ẽ valde periculoſa. ¶Quí cõicat cũ hoĩe iracũdo:frequẽtẽ hẽt laborẽ. ¶Qui cõicat cũ hoĩe ſupbo:freq̄nter vilipõdit & vituperat. ¶Societas paupis affinis:ſæpe ẽ tędioſa. ¶Aſſocia vnã virtutẽ cũ alia:& ſecure dormies. ¶Bonũ ſociũ acqras:& malũ ſociũ fugias. ¶Societas honorabilis cõſanguinei:tibi dabit laborẽ. ¶Societas hoĩs q diligit honorẽ:hoĩem dormire nõ permittit.

De hilaritate. Rub. LXXII.

HIlaritas:eſt actus volũtatis cũ delectatiõe. ¶Delectatiões q̄s ſenſ⁹ hñt accipiẽdo obiecta ſua:ſũt figurę delectationũ q̄s volũtas hẽt accipiẽdo ſua obiecta amabilia. ¶Imaginatio accipit delectatiões ſẽſuũ: & ipſas repñtat volũtati/vt ipſa hilaris fiat. ¶Intellectus volũtati mõſtrat: qbus delectationib⁹ ſenſuũ debeat hilaris eſſe aut triſtis. ¶Volũtas q̄ hilaritatẽ hẽt p delectatiões ſẽſuũ abſq pmiſſiõe itellect⁹:ẽ brutal'. ¶Sẽſ⁹ delectationẽ accipiũt ĩ prĩo motu: & diſcreta voluntas accipit cum prudentia diſplicentiam in ſecundo

motu.ℭEx delectatione quã oculi hñt videndo pulchros flores:voluntas delectationẽ habere põt ĩ prio motu.ℭEx delectatione quã oculi hñt vidẽdo pulchras mulieres: volũtas delectationẽ hẽre nõ debet ſine virtute.ℭBona & ordinata volũtas: maiorem hẽt delectationem diligendo caſtitatẽ q̃ ei adeſt cũ oculi vident pulchras mulieres.ℭHomo diſcretus: nõ frequẽter eſt hilaris.ℭQuis poterit eſſe hilaris: exiſtens in tam magno periculo in hoc mundo!ℭCũ de⁹ tã ſit inhonoratus & incognitus in hoc mundo: quare dormis! ℭCur rides:poſtq̃ neſcis quando morieris/et quẽ finem habitur⁹ ſis! ℭSis hilaris ꝑpter bonitatem dei:& non propter tuãℭ.Omnia peccata recolas:& narres cum triſtitia.ℭNon ſis hilaris ꝑpter tuum filium qui pulcher eſt:qa neſcis an ſit ĩ gratia dei.ℭSi tu⁹ fili⁹ ibit in infernũ:melius fuiſſet tibi ꝙ nat⁹ nõ fuiſſet/qm̃ te ſemp maledicet/& pœnã ſuſtinebit.ℭNõ ſis hilaris ꝑpter diuitias: qm̃ neſcis q̃diu ipſas poſſidebis.ℭNõ ſis hilaris ꝑpter honorẽ:quo nõ es dignus. ℭSi virtutes habeas/rideas: & ſi vitia habeas plores.

De perſona communi. Rub.LXXIII.

Perſona cõis:ẽ hõ cui ordo pluriũ cõmittit. ℭ Sicut aſinus pluribus lapidib⁹ oneratur ſic perſona communis oneratur pluribus neceſſitatibus hominum.ℭHomo onerat aſinum quacunq̧ re voluerit: idem ſit de pſona cõi.ℭAſin⁹ q multũ ẽ onerat⁹:ſtolid⁹ ẽ ſi currere velit.ℭOfficiũ perſonę cõis.ẽ ipſi valde periculoſum.ℭCandela quæ ſeipſam conſumit faciendo ſeruitium homini:eſt figura perſonę communis.ℭStulta eſt cãdela q ſibi ſeruiri vult: licet ipa lumẽ nõ pbeat.ℭBõa pſona cõis/ẽ cetrũ virtutũ:& mala/ eſt cẽtrũ viciorũ.ℭBona pſona cõis/ẽ imago dei:& mala ẽ imago Luciferi.ℭQui pſonę cõi reſiſtit:plib⁹ pſonis reſiſtit.ℭFugias malã terrã:& malũ dñm.ℭQui honorẽ facit pſonæ cõi: pluribus honorẽ facit.ℭPerſonæ cõi:nõ collauda aliquid de tuo/neq̧ aliqd tui vicini.ℭNon collauda pſonã cõem: ꝑpter ſua.ℭPer perſonã cõmunẽ:plures amicos acqrere potes/aut

inimicos.¶Amicitia pſonæ cõmunis:nõ dormit ſecure. ¶Ex perſona cõmuni:multũ boni aut multũ mali. ¶Oculi perſonę cõmunis:vident a longe.¶Aures perſonę cõmunis:audiũt vltra muros.¶Famulus perſonę cõmunis:eſt dominus tuus.

De clericis. Rub.LXXIIII.

CLericus:eſt homo q pcurat ſaluationẽ hoĩm. ¶Procuratio ſaluationis:eſt nobiliſſimũ officiũ.¶Nobilꝰ officiũ:reqrit pfectiorẽ hoiem.¶Sicut ſol eſt dñs lucis:ita clericus debet eſſe dñs boni exẽpli.¶Qui de cęlo eſt:de cęlo loquit.¶Quãto officiũ eſt nobilius:tãto maiorẽ humilitatẽ reqrit ¶Clericus:eſt iudex aię.¶Mare eſt ex pluribꝰ aqs: & plures aquę ſunt ex mari. ¶Poſtq̃ ſaturnus eſt ſupra iouẽ: male fit ſi nõ eſt de meliori cõditiõe q̃ iupiter.¶Ignis: accipit & dat.¶Ignis:nõ facit aliquod donũ ĩ tenebris. ¶Sol illumiat diẽ:& ignis noctẽ.¶Nullus homo eſt melior:q̃ bonꝰ clericus. ¶Sol & bonꝰ clericus pticipãt ĩ luce.¶Nemo tãtã a deo accipit poteſtatẽ:ſicut clericus.¶Ille furatur in filio:q ipm clericũ facit ,ppter denarios.¶Nõ facias tuũ filium clericũ:niſi ad ſeruiẽdũ deo.¶Religioſus hõ eſt:q renũciat pſperitatibꝰ huius mũdi.¶Religioſus:eſt q eſt ĩ medio clericatus. ¶Nullꝰ hõ eſt in tã magno iudicio dei & hoĩm:ſicut malus religioſus.

De equitibus. Rub.LXXV.

EQues:eſt homo q pcurat pacẽ p vim.¶Eques:eſt hõ electus antiqtꝰ/vt ſit melior q̃ aliꝰ.¶Eques:habet enſem/ppter iuſtitiã.¶Eques habet equũ ppter dñiũ. ¶Quia humilitas eſt ſupra vim : debet eques eſſe humilis. ¶Eques eſt honeſtis ornatꝰ veſtibꝰ:qa eſt nobilis.¶Veſtimẽta pãni nõ ęque ſunt nobilia:vt indumẽta virtutũ.¶Eqs ĩſigne gerit:vt cognoſcat.¶Malus hõ:ad honorẽ aſcẽdere non debet ne cognoſcat.¶Oĩs hõ:eſt ĩfirmꝰ p ſupbiã. ¶Qui aſcẽdit ad honorẽ ſine virtute:cadit p viciũ. ¶Ruſticꝰ q ſe ęquitẽ facit:ĩiuriã facit equo.¶Vilis eques:eqtare debet aſinũ. ¶Ad equitẽ ſpectãt:honor & diuitię.¶Mũdus eẽt ĩ optimo ſtatu:ſi vnicꝰ bonꝰ clericus & vnicus bonꝰ eques pẽſſent mũdo.¶Ex bono cle-

rico: & ex bono equite bona ſocietas. ¶Nullus hõ: eſt vilior tumido equite. ¶Ille eſt inferior: qui cadit ab altiori virtute. ¶Timeas tibi ab eqte humili: nõ a ſupbo. ¶Fortior ẽ eqꝰ p virtutes: q̃ p láceã aut ferrũ.

De theologia. Ru. LXXVI.

THeologia: eſt ſermo ordinatus ad loquẽdum de deo. ¶Theologia poſitiua eſt p volũtatẽ: & demõſtratiua per ĩtellectũ. ¶Theologia: ita reqrit hoĩem ſapiẽtẽ/ſicut & bonũ. ¶Oẽs ſciẽtię: ſũt ppter theologiã. ¶Si theologia nõ eẽt ſciẽtia: nõ eẽnt ppter ipſam alię ſciẽtię. ¶Per nullã ſciẽtiã eſt ĩtellectꝰ ita nobilis: ſicut p theologiã. ¶Nullꝰ ĩtellectꝰ ẽ ita nobilis p credere: ſicut p ĩtelligere. ¶Sicut ſol ẽ remotior a tenebris q̃ luna: ita theologia remotior eſt ab errore q̃ alia ſciẽtia. ¶Si ĩtellectꝰ creatꝰ nõ eẽt ad ĩtelligẽdã theologiã: nõ veniret p ipſam ad beatitudinẽ. ¶Declaratio theologię: plꝰ cõſiſtit per ĩtelligere q̃ p credere. ¶Si theologia nõ eẽt argumẽtatiua: deſtructio ĩfidelitatis nõ eẽt poſſibilis. ¶Principia gñalia theologię: ſunt actꝰ diuinarũ rõnũ. ¶Quia actꝰ diuinarũ rõnũ ſũt maiores q̃ actꝰ aliarũ rõnũ: ideo theologia eſt maius ſubiectũ q̃ alia ſciẽtia. ¶Nulla ſciẽtia tot habet inimicos: ſicut theologia. ¶Oĩs infidelitas: eſt cõtra theologiã. ¶Sciẽtię lucratiuę: plus diligunt q̃ theologiã. ¶Sicut miles eſt ppter militiã/& faber ppter officiũ fabrile: ita clericus ẽ ppter theologiã. ¶Si theologia haberet plures bonos amicos: totus mũdus eẽt ĩ veritate. ¶Subiectũ theologię: ẽ philoſophia. ¶Philoſophia: diſponit declarationẽ theologię.

De philoſophia. Ru. LXXVII.

PHiloſophia: eſt obiectũ appetitus ĩtellectꝰ/q veritatẽ rerũ naturaliũ ſcire deſiderat. ¶Quia philoſophia ẽ ſubiectũ ĩtellectꝰ: ẽ p ſeipſã deſiderabilis. ¶Quilibet ſenſuũ pticulariũ: eſt philoſophię. ¶Volũtas & memoria: philoſophiã diſponũt ĩtellectui. ¶Imaginatio: repſentat philoſophiã corpalẽ ſpirituali. ¶Intellectus: eſt maximꝰ philoſophꝰ. ¶Philoſophia: eſt moralis veritas ĩtellectus. ¶Philoſophia: ẽ figura naturaliũ veritatũ. ¶Abſq; philoſophia: nullus ĩtellectꝰ habere põt magnã ſubtilitatẽ. ¶Philoſophia ita eſt lumẽ ĩ ve

ritate:ſicut ſol in die.¶Philoſophia eſt ita nobilis ſciẽtia:ꝙ nõ acgrit denariis. ¶ Principia philoſophię:ſunt primarię cauſę ĩ natura.¶Teſtimonia philoſophię:ſunt actꝰ naturales cãrũ primariarũ.¶Philoſophus:ſemp eſt hilaris. ¶Nullus philoſo- 15
phus:ꝑ denarios eſt diues aut pauper.¶Philoſophus:per vnã veritatẽ attingit mille veritates.¶Quilibet philoſophꝰ:ẽ curialis.¶Philoſophus:nõ magnipẽdit regẽ.¶Vnꝰ philoſophꝰ:valet mille hões.¶Philoſophꝰ:nõ metit ob amorẽ neq; ob ti- 20
morem.

De iure. Rub.LXXVIII.

IVs:eſt actus iuſtitię vt ſit pax.¶Actus iuſtitię:eſt de- 1
fenſio rõnis. ¶Defenſio rõnis:eſt cõſeruare aut reddere cuilibet qđ ſuũ eſt.¶Cõſeruare aut reddere cuilibet qđ ſuũ eſt:eſt iuſta cõſuetudo.¶Iuſta cõſuetudo:eſt anti-
qua ordinatio bonoꝝ tpaliũ.¶Antiqua ordinatio bonoꝝ tpa- 5
liũ:ẽ ſucceſſio pacis.¶Succeſſio pacis: ẽ cõſtitutio legiſlatoꝝ. ſcripta ĩ eoꝝ libris.¶In libro cõſtitutiõis ſcriptæ memoria eſt dña ꝗ recolit ius ſcriptũ.¶Id ꝑ qđ memoria ẽ dña ĩ ſciẽtia iuris:eſt qa antiqs cõſtitutiões/& cõſtitutiões iuris repſentat ĩtellectui & volũtati.¶Argumẽtũ iuris:ẽ ãtiquũ ſtatutũ & cõ- 10
ſenſus dñi & populi.¶Ius poſitiuũ ẽ/de tpe pterito:& ius naturale ẽ de tpe pñti.¶Totũ ius naturale: ſcribi nõ põt.¶Plures ſunt caſus:ꝗ ſcriptores.¶Sciẽtię iuris ſit iniuria:ꝙ nõ traditur ꝑ principia gñalia.¶Si ſciẽtia iuris eẽt applicata ad ge- 15
neralia principia:cito diſceret.¶Si ſciẽtia iuris eſſet ordinata ſub gñalibꝰ principiis:eẽt moralis philoſophia.¶Quia ſciẽtia iuris nõ ẽ moralis philoſophia:ẽ cõfuſa.¶Sciẽtia iuris eſt memorię ꝑ antiquitatẽ:& eſt voluntatis per denarios & honorẽ. ¶Mirabile eſt:ꝙ in ſciẽtia iuris ſit intellectus iniuria affectus. ¶Qui iniuriam facit intellectui: facit iniuriã ſibi ipſi. 20

De medicina. Rub.LXXIX.

MEdicina: ẽ iuuamẽ qđ fit ad ſanitatẽ.¶Medicina: eſt 1
ars ſanãdi corpus infirmũ.¶Medicina ꝑ naturã : eſt ſpẽs philoſophię.¶Medicus:ingrit ſupfluitates & idigẽtias naturales.¶Medicus:laborat vt cõtrarias cõplexio-

nes tẽperet. ❡Medicus diſponit: & natura operat̃. ❡Subiectũ medicinę: eſt ſanitas. ❡Medicina: nõ eſt ꝑpter honorẽ & denarios. ❡Subiectũ medicinæ: ẽ cõpoſitũ ex potẽtia elemẽtatiua/ vegetatiua/ & ſenſitiua. ❡Qui prĩcipia nõ cognoſcit: act⁹ eorꝫ nõ cognoſcit. ❡Corpus patiẽtis: bñficiũ reqrit ex eo qđ adeſt. ❡Bñficiũ qđ corp⁹ accipit ex elemẽtis: trãſit ꝑ vegetatiuã ad ſenſitiuã. ❡Diſcret⁹ medic⁹: iuuat vegetatiuã ſanis fructib⁹. ❡Id ꝑpter qđ ĩfirmus fructũ comederet q̃ panẽ comedere nõ põt: eſt qa vegetatiua diligit pl⁹ ſuã ſĩlitudinẽ ĩ ſubiecto naturali q̃ ĩ ſubiecto artificiali. ❡Vegetatiua ĩfirmi: maiorẽ habet appetitũ ad fructũ q̃ ad carnes. ❡Sẽſitiua nõ eẽt infirma: ſi vegetatiua eſſet ſana. ❡Carnes plus q̃ fructus cõfortãt: qa triplicẽ virtutẽ habẽt. ❡In ſenſitiua: eſt virtus elemẽtatiuę/ vegetatiuę/ & ſenſitiuę. ❡Infirmitas: fugat ſanitatẽ per elemẽtatiuã/ vegetatiuã/ & ſenſitiuã. ❡Sanitas: fugit ab ĩfirmitate ĩ illã potẽtiã ĩ qua plus eſt de virtute.

De mercatura. Ru. LXXX.

Mercatura: eſt ordo acqrẽdi diuitias emẽdo & vẽdendo. ❡Mercator: ducit bona tpalia ab vna regione in aliã ꝑpter lucrũ. ❡Diſcret⁹ mercator: cognoſcit id qđ vẽdit aut emit. ❡Mercator: frequẽter cõſiderat id qđ accidere põt. ❡Diſcret⁹ mercator: ſẽp ĩtellectũ ſuũ ponit ãte ſuã volũtatẽ. ❡Subiectũ mercaturę: ẽ honor & diuitię. ❡Mercatores: frequẽter mẽtiũt̃. ❡Sex ſenſus: ſunt milites diſcreti mercatoris. ❡Nõ eſt diſcretus mercator: q veritatẽ vẽdit denariis. ❡Qui veritatẽ vendit denariis: vẽdit ſuã linguã. ❡Qui vendit linguam: vendit animam. ❡Diſcretus mercator: non tradit ingẽtes merces vni homini. ❡Diſcretus mercator: magnã poſſeſſionem non emit. ❡Diſcretus mercator: non emit neqꝫ vẽdit aliquid cum riſu. ❡Diſcretus mercator: magnam pottã nõ facit. ❡Diſcretus mercator: habet pulchras mappas & manutergia. ❡Diſcretus mercator: non eſt familiaris militi. ❡Diſcretus mercator: libẽter ſoluit. ❡Ruſticus & mercator: ſunt magis neceſſarii ad victũ cõem q̃ alii homines. ❡Nemini frequentius fit iniuria: q̃ mercatori & ruſtico.

De vitiis & primo de peccato. Rub. LXXXI

PEccatum:eſt operatio rõnalis illicita. ¶Peccatum & culpa:cõuertunt̃. ¶Pecatũ: ẽ iordinatꝰ actꝰ potẽtiæ ſpiritualis. ¶Pctm̃:eſt inordinatus actꝰ ſenſus/cõtra moralẽ virtutẽ. ¶Pctm̃ eſt de nihilo:qa eſt cõtra finẽ. ¶Pctm̃ eſt nihil:qa nõ eſt creatura. ¶Pctm̃ veniale ẽ in prĩo motu:& mortale in ſcd̃o. ¶Pctm̃ actuale eſt illud q̃d hõ facit: & originale eſt quod hõ habet p primos parẽtes. ¶Si primꝰ hõ nõ peccaſſet:oĩa opa hoĩm eſſent ordinata ſicut opa plãtarũ/& mutorũ aĩaliũ. ¶Peccatũ:eſt antecedẽs pœnæ. ¶Per pctm̃: eſt priuatio finis. ¶Per pctm̃:perdit homo deũ:& æuiternaliter hẽt pœnã. ¶Pctm̃:nõ habet eſſentiã nec eſſe/vt cũ deo nullã hẽat ſilitudinẽ. ¶Peccatũ:eſt cõtra oẽm eſſẽtiã/& cõtra eẽ. ¶Pctm̃ facit venire eſſe ad non eſſe. ¶Peccatũ vult ponere in eẽ id cui nõ cõuenit eſſe. ¶Quia peccatũ nõ habet eſſe:nõ poteſt contra eſſe. ¶Peccatum cũ eẽ:eſt contra eſſe. ¶Peccatũ:eſt priuatio hĩtuũ virtutũ. ¶Illud q̃d eſt per peccatum eſt imaginabile & ſenſibile:ſed pctm̃ nõ.

De gula. Rub. LXXXII.

GVla:eſt pctm̃ q̃d maxĩe eſt cõtra ſanitatẽ. ¶Gula:eſt priuatio temperãdæ. ¶Hõ guloſus:triſtis eſt qñ nõ comedit/& qñ comederit. ¶Nullũ pctm̃:frequẽtius cõmittit̃ ꝗ gula. ¶Per gulam:ſunt plures homines pauperes ꝗ per aliud peccatũ. ¶Gula:plures habet ſcutellas. ¶Gula:nõ parcit pauptati. ¶Gula:ſuos amicos occidit. ¶Gula: ridiculos ſuos ſeruitores facit. ¶Gula:eſt antecedens famis & ſitis æuiternalis. ¶Gula:verecũdiã nõ habet. ¶Ex gula:mors aut longa infirmitas. ¶Homo guloſus:eſt piger/& hẽt pluria verba. ¶Hõ guloſus:ſe vendit propter comeſtionẽ. ¶Hõ guloſꝰ lõgũ collũ habere deſiderat & ãplũ vẽtrẽ. ¶In mẽſa:hõ guloſꝰ ſuu ſociũ occupat verbis/vt multũ comedere poſſit. ¶Homo guloſus:frequenter loq̃t de bonis cibariis. ¶Nullꝰ guloſus:lõgã habet vitã. ¶Gula & acidia ſunt pctã:ꝗ minimum habent cõſciẽtię. ¶Hõ guloſus:viuit vt comedat.

De luxuria. Rub. LXXXIII.

LVxuria:eſt peccatũ qđ magis ẽ q̃ aliud cõtra ordinẽ matrimonii.ℭIn luxuria: corp⁹ magis cõſentit q̃ in alio peccato.ℭLuxuria:eſt actuale pc̃m duoꝝ.ℭLuxuria:corp⁹ & denarios cõſumit.ℭPer luxuriã:naſcunť hoĩes de pc̃õ.ℭDiſpoſitio luxuriȩ p primũ motũ cõſiſtit: & act⁹ luxuriȩ cõſiſtit p ſecundũ.ℭMortificabis luxuriã:ſi imaginaris id qđ inde naſciť.ℭOculi:ponũt diſpoſitionẽ luxuriȩ ĩ primo motu.ℭLuxuria:trãſit ad ſecũdũ motũ p cõſenſum voluntatis. ℭMediũ p qđ luxuria trãſit de diſpoſitiõe ĩ actũ:eſt calor naturalis.ℭImaginatio:ẽ ĩſtrumẽtũ quo luxuria trãſit de diſpoſitione in actũ. ℭImaginatione:multiplicare poteris aut mortificare diſpoſitionẽ luxuriȩ.ℭImaginari debes pœnã ȩternã: qñ delectatiões luxuriȩ imaginaris. ℭFugias circũſtãtias luxuriȩ.ℭStatĩ cũ recolas delectatiões luxuriȩ:ĩpas obliuiſcaris ℭIuua ad obliuiſcendũ delectationẽ luxuriȩ: recolẽdo irã dei ℭPulchritudo faciei mulieris: eſt antecedẽs ĩ luxuria turpiũ rerũ.ℭAdeo turpia habet ĩ ſe luxuria:ꝙ auſus nõ ſũ ipſa noĩa re/neq; ſcribere.ℭMala ẽ illa pulchritudo: q̃ ad magnã turpitudinẽ hoĩem inducit.ℭSi actus luxuriȩ verba turpia faciũt: q̃to plus animã turpẽ faciũt quæ ipſos actus affectat.

De auaritia. Ru.LXXXIIII.

AVaritia: eſt peccatũ per qđ homo aufert diuitias a pauperibus. ℭAuaritia: finẽ deſtruit diuitiarum. ℭQuia auaritia eſt cõtra finem: ſaturari nõ poteſt. ℭAuaritia dat afflictionẽ corpori:& animã occidit ĩ peccato. ℭAuaritia:hoĩem auarũ plurib⁹ reb⁹ ſubmittit. ℭAuaritia: facit crudele cor/& nemini parcit: ℭAuaritia:facit hoĩes eſſe in triſtitia.ℭHomo auarus:bona q̃ poſſidet aufert deo & a ſe ipſo.ℭHomo auarus:nõ agit gratias deo.ℭHomo auarus: tenet oculos & cor ĩ terra.ℭHõ auarus: habet debile cor.ℭHomo auarus:rõnẽ nõ auſcultat.ℭHõ auarus:cõtritionẽ nõ habet neq; cõſciẽtiã/nec facit ſatiſfactionẽ. ℭHomo auar⁹:ſpem nõ habet/neq; charitatẽ.ℭHomo auarus: parũ viuit/ vt ſuas diuitias nõ teneat ocioſas.ℭHomo auarus:habet indigẽtiam

omniũ rerũ. ¶Non confidas in hoĩe auaro:de aliquo qđ tibi promittit.¶Oĩs auarus:malus eſt vicinus.¶Hominẽ auarũ: nõ facias tutorẽ.¶Societas hominis auari:eſt periculoſa.

De ſuperbia. Rub.LXXXV.

AMor mi/dixit amicus: oſtẽdas mihi modũ per quem ſupremũ amatum multum amare poſſim: quoniam non decet ipſum amare abſq; magno amare: nec par uo amare ſaturari poſſum. ¶Amice dixit amor: ſi vis magnũ amare habere erga tuũ amatum, pone omnes actus mearum

radicum in tuo amare excepto actu contrarietatis et actu minoritatis, qui aliarum radicũ actus impediunt in amare: et tunc altum habebis amare et ornatum valde: et mearum radicum actibus munitum. Tunc amicus ſe diſpoſuit ad amandum amatum ſuũ ſupremũ: et in ſuo amare actus radicum amoris ſic poſuit. ¶ Amate mi dixit amicus: quia tu es bonus et magnus, propter te et erga te bonum et magnum amare volo habere. Et quia tu es æternus: volo ꝙ in meo amore bonum et magnum amare perſeueret. ¶ Amicus perſeuerabat in amando ſuum amatum cũ bono et magno amare, qui conſiderauit an ipſum plus amare poſſet. et tũc de toto ſuo poſſe ſuum amare bonum et magnum multiplicauit. Et dum ſic amicus amatum amabat bono / magno / durabili & potenti amare: multum ſe afflictum ſentiebat adeo vt altitudinem amandi nequaq̃ ſuſtinere ſufficiebat. & ratio huius erat: quia ſuum amare fuerat multiplicatum per bonificationem / magnificationem / durationis & poteſtatis acceptionem. cuius corpus ſic languebat, & ſuas vires amittebat: vt amicus tunc mortuus fuiſſet, niſi lætitia amandi, ipſum ſuſſinuiſſet. ¶ Dũ amicus ſic ſuum amatum amabat: ſuum intelligere ad intelligendum amatum & dignitates eius: & actus ſimiliter earũ quos per illas dignitates in ſe & extra ſe habet / tranſmiſit. & totum ſuum velle dedit ad amandum ſuum amatum ſecundum quod ſuus intellectus amatum ſibi repræſentauit: & tunc amicus miſcuit intelligere & amare cum actibus ſupra dictis, & ſic amare multiplicatum fuit valde. ¶ Sed adhuc amicus ſuum amare voluit amplius multiplicare & recoluit virtutes cardinales & theologicas / & alias ab ipſis deriuatas. quas cũ ſuo amare miſcuit: vt cũ ipſis amaret ſuũ amatũ. & tunc quælibet virtus in ſuo amare multiplicationem amoris produxit: & amare amici plenũ fuit virtutibus, & bonificatione, magnificatione, & reliquis. ¶ Itẽ recoluit amicus veritatẽ & gloriam amati ſui: & in ſua recordatione prædictas poſuit conſiderationes vt omnes ſimul & ſemel coniungerentur, vt

& per ipſas cauſatum eſſet ſuum amare / ad attingendas per amorem altitudines amati ſui:& tunc amicus tam altum habuit amare erga ſuum ſupremum amatum: vt ei9 intellect9 & ei9 memoria nõ ſufficerent regere:quia amicus circa raptũ erat ratione repletionis amoris.qui tũc dixit amori ꝙ de actibus aliarum radicum amoris plus habere nõ poſſet:quia vix illos ſuſtinere poterat:quos in ſuo amare iam habebat.¶ Amice,dixit amor,cum omnis virtus ſit circa difficile / oportet te ita viriliter cogere vt omnes alios actus mearum radicum in amare tuo facias exiſtere/alioquin omnib9 meis radicibus plenum non eſſet tuum amare.¶ Amor mi/dicit amicus:cũ tuæ radices non ſint idem in numero / ſed abinuicem ſint diſtinctæ quatenus tu es creatura/quomodo ipſas habere poſſim ſine temporis ſucceſſione:in vno nunc?hoc(dixit amic9 amori) ĩ hac vita præſenti eſt impoſſibile.Et ſic tu me cogere non debes id facere:quod in hac vita eſt impoſſibile. ¶ Amice dixit amor:non dico ꝙ tu in vno nunc /omnes actus mearum radicum habeas in momento/ſed volo vt ipſos actus habeas in amare tuo ſucceſſiue de vno nũc in alio/ obiectando amatum tuum/ſuas dignitates/& actus earum tali modo vt in amare tuo non ſit aliud obiectum:neq̃ aliæ rationes.& hoc facere potes.¶ Audiens amicus verba amoris: tunc rationes recoluit/ ſiue dignitates amati:conſiderãdo ipſas eſſe diſtinctas in ſuo recolere & intelligere:quas in ſuo amare concordauit quantum potuit:& ipſas obiectare tentauit in vno nunc / ſiue in vno momẽto.¶ Dum amicus hoc tẽtabat:principium (quod idem eſt ac amatus) recoluit: & eius æternum & infinitum principiare/& per conſequens mediũ amati ſui: ſcilicet bonificare quod eſt medium ſuæ bonitatis /& magnificare quod eſt medium magnitudinis ſuæ/& æternificare quod eſt medium ſuę æternitatis:& ſic de aliis.Recoluit etiã & intellexit finem amati ſui:ſcilicet ſuum bonificatum:magnificatum & ſuum æternificatum & reliqua quæ omnia ſimul & ſemel miſcuit ĩ amare ſuo:& q̃tũ potuit in ſuo recolere:intelligere & amare

coæquauit. Vnde amicus tali modo ſpeculando & cõtẽplãdo ſuũ amatũ: amare ſuũ in maioritate altitudinis ſuæ ſpeculationis & cõtẽplationis ita multiplicatũ ſenſit, vt prope raptũ extiterit/donec minoritas amoris in ſuo recolere/intelligere/ & amare ad minorificandã ſpeculationẽ ſuã & contẽplationẽ aduenit. Et tũc amicus minoritatẽ amoris maledixit: quę ipſm a ſua contẽplatione eiecit: & quæ ipſum ad ſpeculationẽ rerũ mũdanarũ: quæ ſunt pauci valoris mouit, ad quas abſq; permiſſione amoris ſuum recolere, intelligere, & amare deduxit. ¶Diximus de mixtione amoris quam facit ſuis radicibus, ſi ipſius mixtio ſit cũ tribus radicibus: maior eſt amor q̃ cũ duabus, Et ſi ſit cũ oĩbus: eſt adeo magna ꝙ maior eſſe non poteſt. Et ideo amatores qui fortius miſcẽt amorẽ cũ ſuis principiis: ſunt maiores, meliores, cõſtantiores & veriores amatores, q̃ q miſcent amorem cũ paucis principiis.

De cogitationibus amoris. Rub. IX.

ISta pars diuiditur in duas partes. vna eſt de cogitationibus, quas habet amicus ĩ eſſentia & natura amoris & ĩ opinionibus ipſius: altera de cogitationibus, quas habet amicus conſiderãdo cõditiones quæ pertinent ad amicũ & amatũ. & has duas partes inuicẽ ducere volumus: & quaſdã cogitationes aliis cõmiſcere. quoniã q̃to fortius ad inuicẽ miſcentur: tãto fortius amicus amati ſui amore capit. ¶Ratio ob quã in hac arbore amoris ponimus cogitationes amoris: eſt vt demus doctrinã amatoribus vt ſciãt habere plures bonas & magnas cogitationes de amato, quoniam plures homines ſunt/qui amare deſiderãt: ſed amare nõ poſſunt, qa de amore neſciũt cogitare, neq; amoris cogitationes multiplicare. ¶Cogitabat amicus in eſſentia amoris: quę dixit ꝙ eſt illa forma q̃ amicũ mouet ad amandũ. ¶Cogitauit amicus in natura amoris: cui dixit amor/ꝙ natura amoris eſt illa chorda q̃ amicũ ligat ad amatũ ſuũ. ¶Cogitabat amicus in conditioĩbꝰ amati ſui, dicens: ꝙ oẽs cõditiones amati, amabiles ſunt cũ magnitudine, bonitatis, durationis, poteſtatis, & virtutis,

amicus de conditionibus & qualitatibus imperfectionis ſuæ cũ omĩ humilitate in aĩo ſuo dicens: ꝙ dignus non erat amare maximum & maxime bonũ amatũ / quoniã modicũ bonũ in ſe iuenit & frequẽter cõtra amatũ peccauit & errauit. ¶Cõſiderabat rurſus amicus in magna bonitate/ virtute & amore amati dicens ſecum: ꝙ amati conditio ſeu natura erat aptiſſima ad multum dandum/ miſerendum/& amandum. Et ideo per conditiones amati ſui: conditionem habere deberet amicus ad multum amandũ ſuũ amatũ. ¶Cogitationibus locuti ſunt inter ſe amicus & amatus: quorũ ſermões dulcorauit amor. Et quidem amor amicum dulcorauit oĩbus eſſentiis & naturis radicum amoris: excepta cõtrarietate & minoritate quę aſſociari nõ debebãt cum radicib⁹. ¶Dũ amicus recolit intelligit/& amat ſuũ amatum: lux & virt⁹ ſolis ab amico quęſierũt: an vellet vt intrarẽt ipſum ad amandũ amatum ſuũ. Quibus reſpõdit amicus: ꝙ amabilitates amati ſui/ac eſſentia & natura amoris & cogitatiões quas habebat de amato ſuo/ſibi ſufficiebant ad amandum amatũ ſuũ. ¶Vidit amicus vnum pulchrum florem quẽ creauit amatus: & dixit flori/ꝙ pulchritudo eius ipſũ mouebat ad cogitandam pulchritudinẽ amati ſui. Cui flos reſpondet dicens: ꝙ magnas cogitationes & durabiles non haberet erga amatũ: qm̃ ille ſolũ magnas cogitationes amoris habet qui ſimpliciter in amato conſiderat conditiones amati & eſſentiam & naturam amoris. ¶Cogitationibus ꝓficiſci voluit amicus viſũ amatũ: & ĩ via timuit ne inuaderent eũ latrões: & cõditiões amoris ſui amati ab amico abſentabãt ſe & cogitationes euanuerunt. Et amicus non habuit quo videret ſuũ amare. ¶Propter magnas cogitationes quas amicus habuit de amato: corp⁹ amici infirmũ erat/qui ſanitatem requirebat: ſed aĩa ipſam habere nolebat/vt ſanitatem haberet in amore & amatione. ¶Mali hoĩes vituperabant amicũ & percutiebant eũ qui amatũ ſuum laudabat: & amicus ridebat & illis gratias agebat quia ſibi honorem fecerunt. ¶Abſqꝫ ſuſpiriis & fletibus cogitauit amicus

vt amatus multum amari poſſit ab amico ſuo. ¶Cogitauit in pulchritudinibus & honoribus amati ſui dicens ad amorem: ꝙ de ſua natura parum in amore poſuerat. ¶Ornabat amor per ſuam naturam & conditiones amati cogitationes amici: & amicus moriebatur/cuius anima viuebat in amato. ¶Deſtruere nolebat amicus cogitationē ſuam q̃ adeo ipſum vexabat vt minime ipſū quieſcere permitteret neq; comedere poterat neq; dormire: ſed cogitationes amici iuuabant conditiones amoris & amati. ¶Amicus/maiores cogitationes vēdere voluit & commutare ad minores: quoniam magnos labores amoris: non poterat ſuſtinere. Amatꝰ vero maiores cogitationes emit pro minoribus: quæ fortius amicum q̃ maiores torquebant. quoniam per cogitationes minores: amicus non habet tam magnum iuuamen ab amato & amore: ſicut per maiores: quapropter amicus fugit a moribus laboribus amoris vt quietem haberet in maioribus.

¶Diximus de pluribus modis cogitandi amici de amato: per quos modos doctrinam dedimus quomodo amicus per plures & diuerſos alios modos ſuum amorem & amare multiplicare poſſit inueſtigãdo illos modos per radicem amoris. nunc dicendum nobis eſt de trunco arboris amoris.

PARS SECVNDA.

De trunco arboris amoris. Rub.X.

TRuncus arboris amoris diuiſus eſt in tres partes. Prima pars eſt de forma amoris. Secunda de materia amoris: & Tertia de coniunctione vtriuſq;. ¶Cauſa quare in p̄dicta arbore amoris eſt truncus amoris eſt: quoniam truncus amoris eſt quidam aliud quod de radicibus amoris reſultat. Et cum amicꝰ ſuū amat amatū aliquoties plꝰ ipſum diligit cū vna radice q̃

cum alia velut amic⁹ qui aliquoties amatum plus diligit per bonitatem amoris q̄ per magnitudinem amoris:aut per magnitudinem amoris q̄ per durationem amoris. & ſic de aliis. & ideo amicus ratione doctrinæ quam damus in trāco amoris:cognoſcere poteſt artem & modum per quam radicē plus occaſionis hēt ad amādum ſuum amatum. Et ideo ſuus amicus/radices amoris pōt multiplicare & æquare vt ſuus amor ſit maior/durabilior/fortior & ſtudioſior.

De forma amoris. Rub. XI.

FOrma amoris eſt duplex. quoniā vna eſt forma amoris quæ eſt eſſentia amoris. alia eſt forma quæ eſt effectiua; & eſt operario primæ formæ quæ cum ipſa ī format radices amoris inquantum ipſas ordinat & diſponit vt ſint occaſiones amoris / & inquantum amicum ordinat ad amandum. Et has duas formas inuicem ducemus in hac arbore amoris. ¶Prima forma quæ eſt amoris eſſentia / ſuam formam colligit ex omnibus formis radicum: veluti de vi bonificante, magnificante, durare faciente & potentificante, potentiam faciēte & ſic de reliquis. & ex his omnib⁹ ſecūdā amoris facit formam/de qua hæc viuit & per quam ſe ſuſtētat & ſine qua deſinit durare neq̧ viuere poteſt. quoniam non haberet de quo viuere poſſet & ſe ſuſtētare. ¶Amatus cum ſuis conditionib⁹ formas radicum amoris repræſentat amico: vt amicus p̄ ipſas colligat eſſentialem formam amoris & vt p̄ ipſas formam amoris nutritiuam faciat de qua viuat amare: & hæc facit amatus vt amicus habeat quo multum amare poſſit. ¶Quanto plus amicus ex radicibus amoris colligit earum formas: tanto plus diligit. & quanto plures colligit: tanto magis diligit. et quando paucas colligit: parum diligit. et aliquoties tot colligit q̧ ſuum corpus ipſas ſuſtinere non poteſt. et moritur corpus per amorem: et lętatur amatus q̄a multum ab amico eſt amatus. ¶Infirmus erat amicus per nimium amare: quapropter voluit magnam bonitatē ſui amati obliuioni dare. ſed amatus dixit amori: q̧ amicus ab ipſo ſu

gere proponebat, amore autẽ fortiu amicum ſtrinxit ne per obliuionẽ ab amato diffugeret & ei ſuũ recolere duplicauit quo fortius ex tũc ſuũ recoleret amatum. ¶Dixit amicus ad amorem: ꝙ ſuſtinere nõ poterat maiorem magnitudinẽ amoris. Cui reſpondit amor: amice/ tuus amatus qui maior eſt q̃ quodcunq; aliud/amari vult maximo amore. ¶Recoluit amicus minorem amorẽ/quẽ rogauit vt ipſum cõtra maiorẽ amorẽ adiuuaret: qui eũ lãguere & mori cogebat: cui minor amor reſpõdit: ꝙ ipſum iuuare nõ poterat, quia maiori amori reſiſtere nõ valebat. ¶A contrario amore quęſiuit amicus: an contra maiorem amorem adiuuare eũ poſſet. Sed amoris concordãtia /verba (quę amicus dixerat ad cõtrariũ amorẽ) audiuit: quę maiori magnitudini bonitatis, durationis, poteſtatis amoris narrauit. quę omnes adinuicẽ acceperũt amicũ: ligauerũt & torſerunt maiori amore. ¶Suſpirauit amicus & plorauit, & de amore conquerebatur: quoniã ipſum interficere volebat. cuius ſuſpiria & fletus: contraietas amoris, & minoritas auſcultabant. Sed aliæ radices amoris/amico auſcultare noluerunt: verum multo plus q̃tũ potuerunt ipſum per amorem afflixerunt. ¶A principio amoris quæſiuit amicus: an in ipſo pœnitentiam amandi principiare poſſet, quoniam libenter a nimio amore fugere vellet. Amoris vero principiũ amico reſpondit: promiſſionem fidelitatis feci maiori amori & maiori magnitudini virtutis/quã nullomodo eis infringerem. ¶Maior amor dixit amicus: poſtq̃ in me tãtũ habes poteſtatis vt a te recedere nequeam, potes ne me viuũ ſeruare: quoniã propter te mori deſidero! Cui reſpõdit maior amor: dicẽs qui propter maiorẽ amorẽ mori nõ vult: indignus eſt vt viuat in maiori magnitudine bonitatis, durationis, finis & virtutis ĩ qua tu amice dixit maior amor, viuere velles. ¶Mori deſiderauit amicus: qui ab amore fugere nõ valebat, q ipm vehementer affligebat. Verũtamen amor & amatus, intantũ amicũ ſuſtinuerũt, ꝙ ipm mori nõ pmiſerũt: vt amor nõ eſſet ocioſus, & amatus multũ eſſet deſideratus & amatus.

De materia amoris. Rub.XII.

Materia amoris eſt duplex. vna eſt: quæ eſt de eſſentia amoris. et alia: de amabilitatibus amati/ quas amicus facit vt amentur in amabilitate quæ eſt de eſſentia amoris. & has duas materias ſimul ducere volumus ſiue tractare: ad dandam doctrinam quo pacto amicus in materia eſſentialis amoris, accidentalem ſciat applicare, vt forma amoris ſubiectum habeat, in quo multiplicare poſſit magnum amare. ¶ Materiæ amoris, ſunt amabilitates radicũ amoris: vt bonitas q̃ amabilis eſt, & magnitudo, & aliæ radices. Et qñ amicus earũ amabilitates coniungit in ſua amabilitate: tunc forma amoris creſcere facit amabilitatem amoris, & ex forma & materia creſcit magnum amare. ¶ Amicus, amare voluit bonitatem amati ſui: vt amatum amaret bono amore. Et bonitas amati intrauit cũ magnitudine in amorẽ amici: qui bonum & magnum hãbuit amare. ¶ Cum amicus bonum & magnũ habuit amare: habere voluit durabile & potens amare. & tunc vt ab amico amaretur: in amorẽ eius intrauerunt bonitas, magnitudo, duratio, & poteſtas amati, cum ſapientia, voluntate, virtute & gloria & veritate amati. ¶ Et amicus ita plenum habuit amare ſuum ſimilitudinibus amati ſui: ꝙ difficile ſuſtinere poterat deſideria amoris, & amores quæ ſibi venerant per amatum ſuum ¶ In amici amare, intrare noluerunt differentia, concordantia, principium, mediũ, finis, & æqualitas cum maioritate: vt amare amici eſſet maius. ſed amicus ſe excuſando, dixit: ꝙ maior amor in ſuã amabilitatẽ intrare non poterat. Veruntamen amor et amatus, portã aperuerũt: per quã ſimilitudines amati ĩ amorẽ amici cũ maiori amare intrauerũt. tunc amicus imaginari ſuũ perdidit & ſentire: ꝗ raptus extitit ꝑ nimiũ amorẽ & amare. ¶ Clamabat amicus ad amorẽ, vt ipſum iuuaret: quoniã nimis amabat. Cui reſpondit amor, dicens. ego te iuuare volo ad multum amandũ: vt cũ amato habere poſſis concordiã, & vt materia amandi non deſtruatur. ¶ Sentiebat amic⁹ magnã materiã amãdi

ſamẽ/ſitim/calorẽ & plures tribulationes ad ſuũ amatũ hono randũ,laudandũ,& ipſi ſeruiendum:& lætabatur amor,quia magnã materiã amãdi ſuũ amatũ.& occaſionẽ habebat.℄Plorauit amicus,propter labores quos ſuſtinuit ob amorem: ad quem dicebat amor, ꝙ lachrymæ & fletus amici erant materię multiplicandi amare ſuũ.℄Obdormiebat amicus & plorauit amor,quoniã dũ amicus dormiebat:materiam non habebat qua ſuum amare poſſet multiplicare. ℄Iraſcebatur amicus:quia videbat ꝙ homines,ſuũ inhonorabãt amatũ, in q̃tũ ſuos plus amabant honores,q̃ honores amati ſui.& ridebat amor amici:quia amicus plorandi materiam habuit ad amandũ ſui amati honorẽ.℄Perdidit amicus vnũ denariũ quẽ habebat,pro quo habere potuit cibaria & indumẽta, et ridebat eius amor: q̃a materiã habuit amicus cõfidẽdi in theſauro amati ſui,qui omnibus ſufficit q in ipſo ſpetant & cõfidũt. ℄Plorauit amicus.quoniã tẽtationes patiebatur,quę ad peccandũ ipſum mouebãt.ad quẽ dicebat amor,ꝙ tentationes q bus ad peccãdũ mouetur amicus:ſunt materia ad recolendũ ſuũ paruũ amorẽ,& magnũ iuuamen amati ſui. ℄Perdidit amicus vnũ filiũ quẽ multũ dilexit. & dixit amor rd amicũ: ꝙ per mortem ſui filii, poterat ſuũ amatum amplius amare. ℄Triſtis erat amicus ꝙ malum habebat abbatẽ.& amor dixit amico,vt lętaretur. quia amatus ſuũ diligit amicũ quãdo ei ſeruit in patientia,humilitate & ſpe.℄Infirmabatur amicus: qui mortẽ valde metuebat.cui dixit amor.amice ſi per hãc infirmitatẽ moriaris:citius tuũ videbis amatũ. ℄Quoniã deſiderauit amicus per amorẽ multos ſuſtinere labores: amatus & amor dixerunt de amico plura bona verba. ℄Dimiſit amicus plures diuitias & honores:vt ipm nõ impedirent in amãdo ſuũ amatũ.& amor & amatus ſe dederunt amico: vt magnũ et bonũ haberet amare.℄Mori voluit amicus ad ſuũ honorandũ amatũ.at amatus voluit ꝙ amicus veniret honoratus in ſuo amore.

De cõiũctiõe q̃ eſt de forma et materia amoris. Rub.XIII.

HAec amoris cõiunctio/in duas ptes diuidit̃.qm̃ vna eſt coniunctio/quę eſt de eſſentia amoris: q̃ coniũgit eſſentialem materiá amoris. Alia eſt coniunctio ma- terię amoris & amabilitatis amati: q̃s forma amoris cõiũgit n ſua amabilitate generali/in quibus ipſas amari facit. ¶Actꝰ radicum amoris videlicet/bonificare/magnificare/& alii: ſunt operationes amoris/tunc cum amicus ſe ſuo coniũgit amato per bonũ & magnũ amare. Et ideo qñ amicꝰ cõiũgit & aggre gat in ſuũ amare/magnũ bonificare/durare/poſſe & alios actꝰ cõiungit magnã, bonã/durabilẽ, & potentẽ formã & materiã amoris. ¶Malificare & paruificare/emit amicus bonificare & magnificare/ qbꝰ ſuum ditauit amare: qđ p malificare & mio rificare infirmabatur. ¶Deiecit amicꝰ malum cogitare: & tũc durare intrauit bonũ cogitare. & ideo amicꝰ ſuũ amare & du rare poteſtate roborauit. ¶Intelligere velle & virtus/ſe amare induebant: q̃ cũ amico ibant ad ſalutãdũ amatũ. ¶In amare amici, verificare & gl'iari differẽtiã nõ faciebãt/iter laborẽ & quietẽ: q̃ amicꝰ p amorẽ patiebat̃. ¶Cõcordare & cõtrariari preciũ adinuicẽ ĩ amare amici habuerũt: deuicta fuiſſet cõcor dantia/ſi amicꝰ erga ſuũ amatũ modicũ habuiſſet amare. ¶In voluntate amici/principiare voluit malũ amare irã, ſupbiã & deſperationẽ: ſed bonũ amare, ĩ ipſa iã prĩcipiauit patiẽtiã, hũi litatẽ & ſpẽ. ¶Contrariari/& minorificare/eiicere voluerũt de amore amare: quod eſt medium inter amatum & amicũ: qui voluerunt ponere odire inter amicum & amatũ/ id nõ po tuerũt: quoniã amare diu fuit ĩ amore amici & amati. ¶Trãſ- miſit amicꝰ finem amãdi ad amatũ ſuũ p bonificare/magnifi- re & durare: per q̃ tranſmiſit amatus ad amicũ gratiã/miſeri- cordiã/pietatẽ/& ſpẽ. ¶Multũ laborauit amicꝰ ĩ acqrẽdo ma- ximum amare: ſed cum ipſum acquiſiuit: per ſpem tranſmi- ſit ad amatum. ¶Aequaliter voluit amicus/amare in ſuo amato bonificare, magnificare, durare, poſſe, intelligere & amare. Et ideo æqualiter dilexit iudicare & miſereri amati. ¶Minoritatem eiicere voluit amicus de amare ſuo: quod

facere non potuit ſine maiori amore & ſpe. ¶Diximus de trũco amoris/& doctrinã dedimus: quomodo cognoſci poſſunt opatiões quæ ſentiuntur ſiue percipiuntur p radices in trunco amoris per quem ſenſum ſiue perceptionem, poteſt amic⁹ cognoſcere ĩ quo ſtatu eſt ſuũ amare/& cũ qua radice amoris maiorem habet participationem & concordantiam.

¶Incipit tertia pars principalis.

De branchis amoris. Rub.XIII.

BRanchæ amoris plures ſũt:ſed nos ipſas adducere volum⁹ ad tres branchas tantum q̃ ſunt cõditiones/quæſtiones & preces amoris. Et ratio quare in hac arbore ponimus conditiones/quæſtiones & preces amoris/ eſt hęc:quoniam per cõditiões/ ſciet amic⁹ conditionare ſuum amorem ad deſiderandum & amandum amatum. per conditiones etiam ſoluere poterit quæſtiones quæ fiunt de amore. Per quæſtiones vero amoris erit ſolatium inter amicum & amatum:quo alter alteri faciet quæſtiones per amorẽ. Per preces autem amicus ſcire poterit/rogare ſuum amatũ. Quęſtiões cõditiones & preces in hac arbore/fient per radices amoris: vt p diffinitiones ipſarũ ordinatę ſint & cognitę. Et conditiones diuidim⁹ ĩ. xvii. rubricas miſcendo amorem cũ qualibet radice amoris. & idẽ faciem⁹ de quæſtionibus amoris/& precib⁹. & quãlibet quæſtionem/ad ſuam mittemus cõditionẽ: q̃ taliter ſolui poterit ꝙ q̃ſtio & cõditio adinuicem concordabũt per numerũ & rubricas. & idẽ fiet de precibus. & primo miſcemus amorẽ cũ bonitate & magnitudine. poſtmodum cum bonitate & duratione Et ita ſucceſſiue de rubrica ĩ rubricã vſq; ad rubricã de amore & a qualitate.

De cõditionibus amoris & prio de bono amore. Rub. XIIII.

QVilibet amatus qui bonum & magnũ habet amorẽ: amari debet per bonum & magnũ amorem. ¶Quãto plus bonus amor durat:tãto plus ſuũ amare miſti

Cond^rs Amor
Cuest^rs
Pres

plicat.¶Nulla poteſtas boni amoris:poteſt eſſe mala.¶Quáto plus bonus amor ſcit:táto plus diſpoſitꝰ eſt vt amet.¶Cū bono amore:nulla voluntas eſt mala.¶Amor ſine virtute:nō poteſt eſſe bonus.¶Veritas bonitatis:facit bonum & verum amare.¶Sine bonitate:nullus amor quietem habet in gloria ¶In nullo amore:pōt eſſe magna bonitas/ſine differentia amici & amati.¶Sine cōcordantia amici & amati:nullꝰ amor pōt eſſe bonus.¶Nullus amicus:ꝑ malū amorē/bonū habet amatū.¶Omnis bonꝰ amor:bonū prīcipiat amare.¶Nullū mediū adeo bonum eſt inter amicū & amatum:vt eſt bonum amare ¶Bonus amor:eſt finis & qes boni amatoris.¶Abſq; bonitate:nullus amor poterit eſſe maior.¶Nulla ęqualitas bonitatis & amoris:poteſt eſſe mala.¶Nulla minor bonitas amoris:poteſt facere magnum amatorem.

De magno amore. Rub.XVI.

NVllus amor qui parū durat:eſt magnus.¶Ptás quę de amore nihil facere pōt:nō ē magna.¶Quáto plꝰ amor magnꝰ eſt & ſcitus:táto plꝰ magnū amare nutrit & multiplicat.¶Amare qđ nō deſiderat:nō pōt eſſe magnū.¶Abſq; magna virtute amoris:nullꝰ amicus/pōt ꝑ amorē magnos ſuſtinere labores.¶In nullo falſo amore:ē magnū amare.¶Abſq; magno amore:nullꝰ amicꝰ/magná gloriá acqrit.¶Amicus qui magnū hēt amorē:nullam differentiá facit inter placita & labores/q̄ hēt ꝓpter amatū ſuū.¶Abſq; cōcordantia amici & amati:nullus amor poteſt eſſe magnus.¶Quāto plus amicus cōtrariis amoris reſiſtit:tanto plus magnum habet amorem.¶Omnis amor qui magnū amare prīcipiat & conſeruat:eſt magnus.¶Nullus amor eſt magnus:ſi ęqualiter non ſit inter amicum & amatū.¶Omnis magnus amor requirit magnum finem amandi.¶Nullus magnus amor:eſt cōtra maius amare.¶Nulla inęqualitas magni amoris & amationis:eſt parua.¶Per minus amare:nullus amor eſt magnus.

De duratione & amore. Rub.XVII.

AMor abſq; durare:poteſtatē amādi habere nō pōt. ℭAmor q non durat,neq; ſcit:nō hēt poteſtatē amā di. ℭNullū amare in eius voluntate durare poteſt: qui de amore fatigatur. ℭIlla virtus quæ facit durare amo rem:eſt amabilis.ℭNullus falſus amor:durare poteſt . ℭGlo ria/quæ multum durat:eſt multum amabilis. ℭAmicus qui differentiam facit inter ſua bona & bona ſui amati : non ha bet durabilem amorem.ℭAbſq; magno amore:concordantia amici & amati durare nō pōt.ℭIn cōtrarietate amici & ama ti:amor durare non poteſt.ℭNullus homo eſt diſcretus:qui amare principiat in amore qui nō durat . ℭAmor qui eſt in medio amici & amati:ſemper durat.Qui amorem ſuum du rare facit:finem amandi conſequitur.ℭCum modica duratio ne:nullus amor poteſt eſſe maxim9.ℭQui ī amore ſuſpiria & fletus æquare noluerit:ſuū faciat durare amare .ℭCum amā di minoritate:nullum placitum durare poteſt.

De poteſtate & amore. Rub.XVIII.

QVi amorē non cognoſcit:de amore & ꝑpter amorē aliqd facere nō pōt.ℭVolūtas q̄ ſe dat ptātí amoris eſt plena amatiōe ℭPtās q̄ de amore amatorē facere nō pōt:virturē nō hēt.ℭPtās q̄ nō pōt p amorē veritatē ſuſti nere & falſitatē deſtruere:nō hēt ptātē amādi. ℭQui de glo ria pōt facere glorioſū:pōt de amore facere amoroſū.ℭNulla ptās aliquā opatiōnē facere pōt:abſq; amici & amati differen tia.ℭAbſq; amore:nulla poteſtas pōt amicū & amatū cōcor dare.ℭPoteſtati quæ de amore facit quod vult:nihil reſiſtere poteſt.ℭPoteſtas quæ de amore non poteſt principiare ama re:non eſt amabilis neq; laudabilis.ℭPoteſtas quę amicum & amatum pacificare non poteſt:non eſt in medio loco amoris. ℭPoteſtas quæ ſe ad finem amoris non habet:nō eſt amabilis. ℭMaior poteſtas amoris:maiorem facit amatorem. ℭAequa lis poteſtas amici & amati : non habet indigentiam amoris. ℭ Nulla poteſtas parui amoris : vincit poteſtatem magni amoris.

De ſapientia & amore. Rub.XIX.

NVllus amicus eſt ſapiens qui abſq; ſtudioſa volūtate 1
vult amare. ¶Per fatuū & vitioſum amicū: nullus 2
amatus amari deſiderat neq; ſeruiri. ¶Sapientia & 3
falſus amor: miſceri non poſſunt. ¶Ille amare neſcit: qui non 4
vult ſcire glorioſum amorē. ¶Si ſapientia differentiā glorian 5
tis & gloriati in gloria non declarat: nō mouet amicū ad amā
dum magnā gloriā. ¶Adeo amabilis eſt in eſſentia & natura 6
gloriæ/concordātia gloriantis & gloriati: vt in ſapiētia/ama-
bilis eſt cōcordantia intelligētis & intellecti. ¶Omnis ſapiens 7
amicus: cōtrariꝰ eſt inimicis amoris. ¶Adeo oportet de amo 8
re principiari amare: vt de intellectu intelligere. ¶Sic eſt ama
re in medio amoris: vt intelligere in medio intellectus. ¶Sa- 9
piens amator: frequēter finē amoris conſiderat. ¶Quilibet ſa- 10
piens amator: ſe frequēter maioris amoris ſeruū facit. ¶Is nō 11
eſt ſapiens amator: qui neſcit æquare amorē & amare. ¶Nul 12
lus ſapiens amator: maiorē amorē daret pro minori. 13

De voluntate & amore. Rub. XX.

NVlla voluntas abſq; amore: ſtudioſa eſt. ¶Nullum 1
velle eſt verū/ſine vero amare. ¶Omnis voluntas 2
glorioſa: eſt amabilis. ¶Abſq; differentia amici & amati: 3
amor in volūtate eſſe non poteſt. ¶In nulla mala voluntate: 4
poſſunt amor & amare habere concordantiam. ¶In volūtate 5
quæ magno amori reſiſtit: nō eſt cōcordātia amici & amati. 6
¶Sine fine amoris: in voluntate nō poteſt amare principiari. 7
¶Media voluntatis & amoris: ſunt velle & amare. ¶Sine fine 8
amoris: nulla voluntas quietem habet. ¶Omnis voluntas eſt 9
minor: in qua maior non introducitur amor. ¶Volūtas quæ 10
ſe æquat cum amore: nullius rei habet indigētiam. ¶Nullus 11
amicus/magnam habet voluntatem amandi: qui per minorē 12
amorem/credit maiorē habere amatum.

De virtute & amore. Rub.XXI.

VIrtus veritas & amor: ſunt diuitię & theſaurus ami 1
ci & amati. ¶Abſq; virtute amoris: nulla gloria eſt 2

3 amabilis.¶Abſq; virtutũ differẽtia:amicus amare nõ poteſt.
4 ¶Virtutũ cõcordantia:fortificat cõcordãtiã amici & amati.
5 ¶De nulla virtute:naſcit contrarietas inter amicũ & amatũ.
6 ¶Ex amore ſtudioſo:naſcitur & principiatur amare. ¶Ami-
7 cus qui non habet in medio loco amoris / amare ſtudioſum:
8 neſcit amare/neq; labores per amorẽ ſuſtinere. ¶Abſq; amare
9 ſtudioſo:nemo finem amoris poteſt attingere. ¶Per nullam
10 virtutem habet amicus timorem de maiori amare. ¶Nulli
11 æquales amores:ſunt mali per virtutem. ¶Nulla minor vir
tus:habet naturam maioris amoris.

De veritate & amore. Rub.XXII.

1 NEmo eſt verus amicus:qui falſe diligit verã gloriã
2 amoris. ¶In eſſentia amoris:non poſſunt numerari
3 amicus & amatus ſine differentia vtriuſq;. ¶Qm̃
falſus amator/cũ vero amato concordantiã habere nõ poteſt:
veritas & amor cum falſo amatore participare non poſſunt.
4 ¶Veraci amori:non poteſt aliquid cõtrariari.¶Abſq; amãdi
5 veritate:amicus vera ſuſpiria & amare, prĩcipiare nõ poteſt.
6 ¶Quando inter amicũ & amatum eſt verus amor:non habet
7 amicus timorem de falſo amatore. ¶Verus finis amoris:eſt
8 ſignũ & vexillũ verorũ & legaliũ amatorũ. ¶Per maiorẽ veri
9 tatẽ amoris:poteſt amicus deſtruere oẽm falſum amorẽ.¶Ae
qualitas veritatis et amoris:ſupra ſe nõ habet maiorẽ:et facit
10 audacẽ amatorẽ.¶Minoritas veri amoris:timorẽ habet de fal
ſo homine.

De gloria et amore. Rub.XXIII.

1 ABſq; differẽtia amici et amati: nemo gloriã ꝑ amorẽ
2 habere poteſt. ¶Abſq; concordãtia amici et amati:
3 nemo gloriã habere põt de amore.¶Qui timet pœ-
nã ſuſtinere ꝑ amorẽ:fatuus eſt ſi ſperat gloriã acquirere per
4 amorẽ.¶Per gloriã amoris:incipit ſolatiũ amici et amati.¶In
5 camera glorioſi amoris:ſunt ĩ ſolatio amicus et amatus. ¶In
6 camera glorioſi amoris:colligit amicus finẽ ſui amoris.¶Ma
7 iorem gloriam amoris:dat maior amatus maioribus amato-
8 ribus.¶In gloria in qua eſt æqualitas amici et amati: nulla ꝑ-

fectio alicuius rei habet indigentiã. ¶Nemo maiorem habet 9
amorem:qui maiorem gloriã dimittit propter minorem.

De differentia & amore. Rub.XXIIII.

1 SIne differẽtia: in nullo amore poteſt eſſe cõcordãtia.
2 ¶Differẽtia amici & amati: nõ viuit de contrariis.
3 ¶Sentire/ imaginari & amare :ſunt principia qui-
bus amicus vadit viſum amatũ ſuũ. 4 ¶Si ĩ amore nõ eſſet diffe
rẽtia amici & amati:amare eẽ nõ poſſet ĩter amicũ & amatũ.
5 ¶Amare amici:eſt finis & cõplemẽtũ differentiũ actuũ radi-
cũ amoris/ quibus indutũ eſt & ornatũ. 6 ¶Nulla differentia
amoris/maior eſt illa:quæ eſt de velle & amare. 7 ¶Sine differẽ
tia æqualium amatorũ:non eſſent æquales amores. 8 ¶Minor
amor in amico eſſe non poteſt: qui differentiã non facit inter
bonũ & malũ quæ ſibi accidunt per amorem.

De concordantia & amore. Rub.XXV.

1 PEr concordantiã amoris/ coniunguntur amicus &
amatus.& per contrarietatẽ/abinuicem ſeparantur.
2 ¶Cor & oculi amici:concordãt ad principiandũ per
amorẽ ſuſpiria & fletus. 3 ¶In medio amici & amati, ſe ponit
amor:vt ipſos adinuicem poſſit concordare. 4 ¶Sine fine amo-
ris:amicus & amatus non poſſunt concordare. 5 ¶Maior con-
cordantia amici & amati:eſt per maius concordare. 6 ¶Nulla
æqualitas amici & amati:poteſt eſſe ſine concordantia. 7 ¶De
minori amore minor eſt concordantia amici & amati.

De contrarietate & amore. Rub.XXVI.

1 NVllus amor,incipit per contrarium. 2 ¶Contrarius
amor,non poteſt eſſe inter amicũ & amatũ. 3 ¶Cum
cõtrarietate amoris:nullus amicus attingit finẽ illius de eo
qđ amat. 4 ¶Maxima contrarietas amici & amati:eſt peccatũ.
5 ¶Nulla æqualitas amoris eſt per cõtrariũ. ¶Per minorẽ amo
rẽ:nullus amicus poteſt contra falſum amorem.

De principio & amore. Rub.XXVII.

1 QVilibet bonus & magnus amator:amare prĩcipiat
in medio amoris. 2 ¶Omnis amor,incipit propter fi-

3 nem amandi.❡Sine maiori amico & amato:nõ poteſt eſſe ma
4 ius principiũ amoris.❡Per æqualitatẽ amici & amati,incipit
5 æqualis amor.❡Minus principium amoris:non eſt de magno
amatore.

De medio & amore. Rub.XXVIII.

1 IN medio loco amoris,cõſiſtit amare:qđ eſt finis & ſo
2 latiũ amici & amati.❡Sine maiori amore:non poteſt
3 eſſe maius mediũ amoris.❡Per minus amare:nõ eſt
4 amici amare,in maiori amato.❡Amor ĩ medio manẽs:dexte-
ra amantẽ & dextera amplectitur amatũ. nam verus amor
nihil habet ſiniſtrum.

De fine & amore. Rub.XXIX.

1 MAior finis amoris:maiores facit amatores.❡Per finẽ
2 amoris,adæquãtur in amico ſuſpiria & fletus/lango
3 res & placita.❡Nullus minor finis:cito facit ire ami
cũ ad amatũ ſuũ.

De maioritate & amore. Rub.XXX.

1 NVllus maior amor:poteſt eſſe ſine maiori æqualita-
2 te amici & amati.❡Inter maiorẽ amorẽ & minorẽ:
non eſt quies.

De æqualitate et amore. Rub.XXXI.

1 PEr minorem æqualitatem amoris: nullus amicus
poteſt quietem habere.

De quęſtionibus amoris. Rub.XXXII.

1 DEcem modis quæſtiones de amore fieri poſſunt:vide
licet,vtrũ amor ſit.quid ſit amor.de quo amor.qua-
re ſit amor.quantus ſit amor.qualis ſit amor. quan-
do ſit amor.vbi ſit amor.quomõ ſit amor.et cũ quo ſit amor.
Per iſtos decem modos quæſtionum: facere volumus quæ-
ſtiones de amore: et quandoq; per vnum modum: quandoq;
per alium,quãlibet quæſtionem ad ſuam tranſmittẽtes condi
tionem,quæ eſt eius ſolutio,et quę ipſi ſimilis eſt per rubri-
cam et per numerum.et primo dicemus de quæſtionibus bo
nitatis et amoris.

De bonitate & amore. Quęſtio prĩa. Rub. XXXIII.

AB amore q̃ſiuit amicus: quare eius amatus / eſt ama 1
tus per tam paucos amatores: cum dignus ſit ama-
ri per plurimos. ❡Solutio. Amice (dixit amor) 2
ſolutio huius quæſtionis/eſt in prima conditione boni amo-
ris/& ſic de cæteris per ordinem rubricarum & numeri.
❡Quæſiuit amicus ab amatore: quare ſuum multiplicabat 3
amare? ❡ Amor (dixit amicus) poteſt ne p te mihi aliqd mali 4
accidere? ❡Quæſiuit amicus ab amore: q̃ natura ſentiebat ſe 5
ita ponderoſum ad amãdum ſuum amatũ? ❡Quæſiuit ami- 6
cus a ſua voluntate: quare erat infirma? ❡Ab amico quæſiue 7
runt amatores: quare peccatum odiebat/ & virtutem dilige-
bat? ❡Amatores ab amore quæſierunt: quo nutriebat & bo- 8
num efficiebat amatorem? ❡Quęſiuerunt dominę ab amico: 9
cum quo quietem habebat, quando mala amoris ſuſtinebat?
❡Quædam amoris auicula / cantabat: a qua bonitas quæſi- 10
uit per quid cognoſcebat amorẽ amici & amati? ❡Amor (di- 11
xit amicus) quare es ita bonus? ❡A quodã flore amoris quæ- 12
ſiuit amicus: quo poſſet habere bonum amatum. ❡Ab amo- 13
re quæſiuit amicus: quo ſuum principiauit amare? Quęſiuit 14
amicus ab amore: vbi poſſet ſuum amatum inuenire? ❡Quę 15
ſiuit ab amico quidam domicellus: quo fonte potauit amo-
rem. ❡Amoris domicellus quęſiuit ab amico: per quid maio- 16
rem amorem diligebat? ❡Amice dixit amatꝰ: quare malũ ha- 17
bes amorem? ❡Ab amore amici/quęſiuit flamma ignis: quare 18
tam paruum habebat amatorem.

De magno amore. Quęſtio prĩa. Rub. XXXIIII.

AB ęternitate ſupremi amati/quęſiuit amicus: q̃ erat 1
cauſa ſui magni amoris. ❡Laus amoris quęſiuit ab 2
amico: vtrum ſciret/per quid poteſtas amoris eſt ma
gna? ❡Ab amore amati/q̃ſiuit amicꝰ: quare nõ erat magnꝰ in 3
pluribus amatoribus? ❡Amicus a ſuo quęſiuit amore: per qđ 4
erat magnus? ❡Ab amico qui labores timebat ſuſtinere/quęſi 5
uit charitas: quare fatigabatur amore? ❡Verus amor q̃rebat: 6

7 a falſo amore:quare timorē habebat & fugiebat? ¶Auiculæ q̄
cantabant de amore/ab amico quæſiuerunt: quid eſt magna
8 gloria amoris. ¶Conſolatio & patientia/ab amico quæſierūt:
9 de quo amor ſibi remuneraret in amando ſuum amatū? ¶Me
moria & ſpes amoris/ab amico quæſiuerūt:p quid ſtabat ma-
10 gnus amor? ¶Victoria & laus/ab amico quæſiuerūt:vtrū per
11 ipſas magnū hēbat amorē? ¶Magnæ dñæ valoris/ab amico q̄
12 ſiuerunt:quare eſt magnus amor? ¶Minoritas & cōtrarietas/
ab amare amici quæſiuerunt:quare erat in medio loco amo-
13 ris? ¶A quodam paruo amatore/quęſiuit quidam magn⁹ do-
14 minus:quare ita magnū habebat amorem? ¶Libertas/ab ami
15 co quæſiuit:vtrum cum ipſa maiorem amabat amatū. ¶Iuſti
tia/quæſiuit ab amico:quare amabát æqualitatem amoris &
16 amandi? ¶Amicus ſuſtinere non potuit maiora tormenta q̄
acqſiuit per maius amare:& quęſiuit ab amato:vtrū p minus
amare/inuenire poſſet magna ſecreta amoris.

De duratione & amore. Quęſtio prima. Rub. XXXV.

1 ANgelus amoris quęſiuit ab amico: in quo habebat
2 poteſtatē amandi. ¶Amare voluit amicus/ſed ama
re non poterat/vnde ab amore quęſiuit:quid ſibi ſuū
3 impediebat amare? ¶Quodam die ſtetit amicus ſine amore
4 qui ab amore quęſiuit:quare non durabat? ¶Ab amato quęſi
5 uit amicus:quam virtutem multū deberet amare. ¶A ſapiē
tia & memoria amici/quęſiuit verus amor:quare falſus amor
6 ita diu durauit? ¶Quęſiuit amic⁹ ab amore:quare ſuus ami-
7 cus ab ipſo fugiebat? ¶Concordātia amici & amati/per quid
durat:cum amicus magnos habet ob ſuum amatum labores
8 ¶Amor amici/quare amicū refutas:poſtq̄ ipſum amore dul-
9 coraſti? ¶Sapiētia & duratio,ab amico quęſiuerūt:vtrum ſci-
10 ret quid eſt ſtultitia amoris? ¶Seruitores amoris/ab amico q̄-
ſiuerunt:vtrum ſciret quę ſunt maiora fundamenta amoris?
11 ¶Amicus tranſmiſit ad amatum vnam epiſtolam amoris/in
qua ab ipſo quęrebat: per quid conſequi poſſet & habere ſuū

amorem? ¶Amor (dixit amicus) per quid potes eſſe maior? 12
¶Quæſiuit amicus a ſuis delectationibus & paſſionibꝰ: p q̃d 13
in ſuo amore æquales erant? ¶Delectatio ſolatium & quies 14
amoris: quare non durant?

De poteſtate & amore. Quæſtio prima. Rubrica. XXXVI.

AB amico quæſiuit ſapientia/poſtq̃ ſuum amatū mul 1
tum deſiderabat amare: quare ipſam non mittebat
ad amorem? ¶Quæſiuit voluntas ab amico: quare 2
ipſam totam dabat poteſtati amoris? ¶Amor (dixit amicus) 3
quare tua poteſtas ſine paſſione & actione habet virtutem?
¶Viç amoris/q̃ſiuerūt ab amico: qn̄ iret p ipſas viſū ſuū ama- 4
tū? ¶Gloria quæſiuit ab amico: quare ſuū amare ipſa non in- 5
duebat. ¶Poteſtas & libertas amoris/ab amico quæſiuerunt: 6
vtrum ſciret ſubiectū amoris, ¶Diſcordia fuit inter amicum 7
& amatum/ſed amicus a patiētia & pietate quæſiuit: vtrum
ſcirent per quid ſuum poſſet amatum recupare? ¶Honores 8
& laudes quæſiuerunt ab amico: vtrū ocioſitas amandi eſſet
hæreſis amoris? ¶Dominç indutç amorem/quæſiuerunt ab 9
amico: vtrū audiuerat poteſtatē amoris blaſphemari? ¶Ora- 10
tio & deuotio/ab amico quæſiuerūt: vtrum ſciret vbi eſſet po
teſtas amoris? ¶Libertas & virtus/q̃ſiuerunt ab amore: vtrū 11
aliqua de ſuis poteſtatibus eſſet odibilis? ¶Vnus paruus ami 12
cus/quæſiuit ab amore: quo ſuos faciebat amatores? ¶Quæ 13
ſiuit amicus ab amore: vtrum valores & honores eſſent ſuæ
diuitiæ? ¶Plures homines quæſiuerunt ab amico: quare ma- 14
gna poteſtas amoris/eſt naturaliter amabilis?

De ſapientia & amore. Quæſtio p̃ria. Rub. XXXVII.

AMice ſcis tu, quid eſt ſapientia amoris? ¶Amicus 1
quæſiuit ab amore: quare ſuus amatus tam parum 2
amať/& cur illi tā exilis ĩpenditur famulatꝰ. ¶Ama 3
tores ab amico quęſiuerūt vtrum in ſuo amore poſſet eſſe ſa-
pientia & ſtultitia? ¶Ab amico q̃ſiuerūt plures amores: quo- 4
modo ſciebat amare? ¶Amicus quæſiuit a ſapientia: quomo- 5
do poſſet magnam gloriam multum amare? ¶Gloria amari 6

quæſiuit ab amore an per ipſum/tantum ſit amata quantū ſa
7 pientia?¶Amice ſcis quid eſt ſapientia amandi? ¶Ab amato
8 quæſiuit amicus:vtrum ſibi placeret q̃ tantum amaret philo
9 ſophiam amoris q̃tum philoſophiam ſapientiæ?¶Duæ domi
nę valoris,ab amico quæſiuerunt:vtrum in ipſo poſſent eſſe
10 æqualiter intelligere & amare?¶Ab amico quæſiuerunt ama
11 tores:in quo lecto ſuæ cogitationes dormiebant? ¶Quæſi-
uit amicus ab amore:quomodo poſſet eſſe magn⁹ ſapiēs ama
12 tor?¶Sapientes dominæ/quęſiuerunt ab amico:vtrum ſciret
13 quid eſſet ſtultitia amandi.¶Valor & honor/ab amico quæſi
uerunt:vtrum vidiſſet fatuum amoris mercatorem?

De voluntate & amore. Quęſtio prima. Rub. XXXVIII.

QVæſiuit amatus ab amico:vtrum ſua voluntas vir
1 tutē haberet?¶Amice(dixit amatus)ſcis tu q̄d ē ve
2 ra voluntas?¶Quæſiuit amicus a ſuo amato: vtrū
3 tātū amaret gloriari q̄tū amare? ¶Veritas & claritas amoris
4 ab amico q̄ſiuerūt:vtrum in ſua voluntate poſſent eſſe & ha-
5 bitare?¶Bonitas & malitia/a voluntate amici quæſiuerunt:
6 vtrum ipſæ poſſent ſimul cum ipſa hoſpitari? ¶Domicelli
amoris ab amico & amato quæſiuerūt:cū quo magnā poſſent
7 habere cōncordantiam?¶Dominæ amoris/ab amico quæſiue
8 rūt:quid faciebat i ſua volūtate principiare?¶Honores & lau
des/ab amato & amico quæſiuerūt:per quos nūcios ſibi adin-
9 uīcem traſmittebant amores? ¶Ab ocioſa voluntate amici/
q̄ſiuerunt amores:quare erat ita feſſa triſtis & vexata?¶Ami
10 cus/a ſua quæſiuit voluntate:quare erat minor & non maior
11 ¶A voluntate amici/quæſiuerunt virtutes: quo erat plena?
12 ¶Magnates/ab amico quæſiuerūt:quare in maiorē amorē nō
intrat minor amor?

De virtute & amore. Quęſtio prima. Rub. XXXIX.

1 AMatores ab amico & amato/quæſiuerunt de quo
2 eorum amicitia viuebat? ¶A gloria amati quęſiuit
3 amic⁹:vtrū eſſet multū amata? ¶Virtus ſolis q̄ſiuit
4 ab amico:quo poſſet amare? ¶Ab amici & amati amicitia

dominæ q̃ſiuerũt: de quo neceſſitatẽ habebat. ❡Iuxta amorẽ 5
volabat quædã auicula, quæ ab amore q̃ſiuit: de quo naſcere-
tur contrarietas inter amicũ & amatũ. ❡Dominę virtutes, 6
quæſiuerunt ab amico: quo amare virtuoſum principiaret?
❡Oratio & deuotio, ab amico quæſiuerũt: quo labores poſſet 7
ſuſtinere? ❡Feſſus in amando fuit amicus, q quęſiuit ab igne: 8
quo modo ſic poterat in ipſo ab amaando deuiare. ❡Quæſi- 9
tũ fuit ab amico: vtrũ per aliquã virtutẽ timorẽ habuiſſet de
amatione? ❡Amicus a ſuo q̃ſiuit amato: vtrũ cũ amore poſſet 10
aliquã æquare virtutẽ. ❡Amato dixit amicus: habes tam ma 11
gnã virtutẽ per bonificare q̃ per amare?

De veritate & amore. Quæſtio prima. Rub. XL.

QVęſiuit amicus ab amato ſuo: quare tam pauci ho- 1
mines gloriam intrant, & tot tendunt in infernum?
❡Amate (dixit amicus) eſt ne in te verus nũerus & 2
per amorẽ, & de amore? ❡Ab amato q̃ſiuit amicus: vtrũ miſe 3
ricordiã poſſet habere de falſo amatore, dũ verũ amorẽ odit?
❡Dominę veritatis & poteſtatis, quæſiuerũt ab amico: vtrũ 4
quãdo ſuũ amabat amatũ īuenerat aliqd cõtrariũ? ❡A ſuſpi 5
riis & fletibus amici, q̃ſiuerũt quidã iudices amoris: de quo
fonte exibant? ❡Timorẽ habuit amicus, qui voluit effugere a 6
ſuo amato, & amatus ab amico q̃ſiuit: quare timorem habuit
poſtq̃ ipſum amabat? ❡Quęſiuit amicus ab amore: per quid 7
falſum poſſet cognoſcere amatorẽ. ❡Amate (dixit amicus) 8
per qd põt deſtrui falſ⁹ amor. ❡Milites amoris (dixit amic⁹) 9
quare eſtis ita audaces & bellicoſi? ❡Quęſiuit amicus ab amo 10
re: vtrum aliquando habuiſſet timorem de aliquo?

De gloria & amore. Quæſtio prima. Rub. XLI.

AMor (dixit amicus) qua re plenus es? ❡Scutiferi 1
amati, quæſiuerũt ab amico: de quo eſt gloria amici 2
et amati. ❡Timidus fuit amicus ad ſuſtinẽdos ma 3
gnos labores per amorem, a quo iuſtitia & charitas quæſiue-
rũt. qua re ſperabat gloriã ab amato ſuo? ❡Ab amico q̃ſiue- 4
rũt patientia & humilitas: vtrũ per pœnam amoris, princi-

5 piare poſſet amare glorioſum. ¶Ab imaginatione & ſenſu ſe
abſentauit amici amare/quæ ab amico quæſiuerunt: ĩ quo lo
co ipſum poſſent ĩuenire/quoniã abſq; illo/eſſe vel viuere no-
6 luerunt. ¶Comedebat amicus valde pulchrũ pomũ amoris
ſuper quo audire & videre quæſiuerunt vbi illud acceperat:
quoniã arborẽ deſtruere volebãt quæ illud pomũ ꝓduxit.
7 ¶Ab aquila amoris per quam amatus maiores accipit amato
res/quæſiuerunt amatores: vtrum ꝑ amoris aerem volabat?
8 ¶Quidam leporarius/quo amicus lepores amoris accipiebat
9 quæſiuit a domino ſuo: vtrũ de aliquo indigẽtiã haberet? ¶A
quodã mercatore amoris q emebat iocalia a ſuo amato/quęſi
uit amic⁹: an multam haberet notitiam mercaturæ?

De differentia & amore. Quęſtio. I. Rub. XLII.

1 AB amore quęſiuit amic⁹: an in ipſo erat amici & ama
2 ti natura. ¶A differentia amici & amati/quęrebant
3 amatores: de quo viuebat? ¶Scutifer amoris quæſi-
uit ab amico qui volebat ire viſum amatũ: quẽ amoris equũ
4 equitare vellet? ¶Memoria amoris/quæſiuit ab ĩtellectu amo
5 ris: cum quo amor erat inter amicum & amatum? ¶Radices
6 amoris/quæſiuerunt ab amico: de quo erat ſua corona? ¶Ab
amore quæſiuit amicus: de quo erat maxĩa ſua concordãtia?
7 ¶Ab amato/quæſiuerunt amatores: an poſſent eſſe æquales ĩ
8 amore. ¶Minor differentia amoris/quæſiuit ab amico: an per
ipſam vellet eſſe in amato ſuo?

De concordantia & amore. Quæſtio. I. Rub. XLIII.

1 QVęſitum fuit ab amico: vtrũ ſciebat quid erat tyria
2 ca amoris & venenũ amoris? ¶Amice (dixerunt ſe-
creta amoris) quo prĩcipias ſuſpirare & plorare?
3 ¶Quęſiuerũt virtutes ab amore: ĩ q̃ ciuitate pacificauit ami-
cum & amatũ? ¶Quidã hõ/virtutes amare volebat nec pote-
4 rat/vnde q̃ſiuit ab amore: q̃ fuerit occaſio ꝙ virtutes amare
non poterat? ¶A lilio et roſa quæſiuit amicus: quo poſſet ha
5 bere maius amare? ¶Duæ amationes quæſiuerunt ab amore:
6 quo æquari poſſent? ¶Quæſiuit amicus: an in ſe haberet ali-
7

quam naturam per quam a ſua ſe poſſet elongare amatione.

¶De contrarietate & amore. Queſtio.I. Rub.XLIIII.

DOminę amoris ab amico q̃ſiuerũt: vbi erant pericula 1
amoris? ¶Cõtrarietas amoris plorabat & plãgebat/ 2
a q̃ concordãtię amoris q̃rebãt: cur ploraret & plãge
ret. ¶Per falconẽ amoris, amicꝰ amorem accipere nõ potuit: a 3
quo quæſiuit amicus cur amorẽ nõ caperet? ¶A quodam ere- 4
mita amoris/ paſtores amoris q̃ſiuerunt: vtrũ ſciret quæ eſſet
maxima contrarietas amici & amati? ¶Oues amoris q̃ſiuerũt 5
a paſtore: vtrũ ſciret quis homo eſſet maxime cõtrarius dñio
amoris? ¶Bonus amor/ quęſiuit a malo amore: quare viuebat? 6

De principio & amore Quæſtio.I. Rub.XLV.

DVm canerẽt aues amoris/ quęſiuerunt ab amore: an 1
ſciret vbi pricipiaret amor amare ſuũ? ¶Roſę & vio 2
læ ab amico quæſiuerunt/ vtrũ ſciret qd eſt maximũ
pricipiũ amoris? ¶Quidã amorꝭ p̃ſtigiator/ q̃ſiuit ab amico: q̃ 3
eſſent maximę neceſſitates amoris? ¶A quodã rege amoris/ q̃- 4
ſiuit regina amorꝭ: vtrũ ſciret quo maximũ amorẽ principia-
ret. ¶In nuptiis maiorꝭ amorꝭ/ cõedit mior amor: a quo q̃ſiuit 5
de quo erat fonꝰ amoris? De medio & amore. Quõ.I.R.XLVI

FOntes amoris/ amatores de ſe bibentes interrogaue- 1
rũt: vbi domina amoris dormiret? ¶Stellę amoris ab 2
amico. q̃ſiuerũt: vtrũ ſciret de quo ẽ maximũ amare
¶Lãguores amoris/ quęſiuerunt ab amico quoniam ſatage- 3
bat de amore: quare cum maximo amato nõ erat? ¶Quęſiue- 4
rũt puellę amoris ab amico an ſciret vbi cubat amor?

De fine & amore. Quæſtio prima. Rub.XLVII.

DOma amoris ab amore quæſiuerunt: quo maximos 1
faciebat amatores? ¶Lilium & robinus amoris/ ab 2
amico quæſiuerunt qui eſſent nuncii qui literas por
tant ad amorem. ¶Chorda amoris q̃ſiuit a ſagitta: quare nõ 3
ſtaret cito cum iret percuſſum amicũ per amorem?

De maioritate & amore. Quæſtio.I. Ru.XLVIII.

AEquales honores amoris/ ab amico quæſiuerunt: de
quo eſt maior amor. ¶Suſpiria & fletus q̃ſiuerũt ab 2

amico vtrum quietem inueniebat in amando?

1 De æq̃litate & amore. Quæſtio vna Rub. XLIX.
MInores amores/quæſiuerunt ab æqualibus amatori
bus: vtrum per amorem quietem habebant?

De precibus amoris. Rub. L.

1 AD dandam doctrinã qua homo rogare diſcat p̱ amo
rẽ/ex conditionibus & quæſtionibus amoris: trahe-
re volumus preces amoris/vt extraximus amoris q̃
2 ſtiones ex eius cõditionibus. ¶Qui vult rogare per amorem
bonitatis & magnitudinis amoris: ſimilitudinem accipiat
de conditione & quæſtione ĩ prima rubrica de bono amore.
Et qui vult rogare per amorem bonitatis & duratiõis: vadat
ad ſecũdã cõditionẽ & quæſtionem rubricę bonitatis & dura
tiõis/& ſuas p̃ces faciat de earũ ſimilitudinibꝰ & ita in cęteris
Itaq̃ʒ poterit hr̃i ars & modꝰ ĩueniẽdi plures & diuerſas orõ-
nes ac p̃ces amoris. & de hoc doctrinã dabimꝰ ĩ p̃cibꝰ cõſeq̃n-
tibus.

De bonitate & amore Oratio. I. Rub. LI.

1 IN dolore & triſtitia erat amicꝰ: q̃a amatꝰ tã paucos
habuit amatores: cũ amatꝰ ſit in tã magna bonitate
amoris: vt p̱ multos bonos & magnos amatores ho
norari deberet/amari/& coli. Et iõ amicꝰ rogauit amorẽ val-
de bono & magno amare: vt amorificaret plures bonos ama-
2 tores ad amãdum ſuum bonum amatum. ¶Rogauit amicꝰ
amorem: vt duraret in ſuo amare quo ſuũ multiplicare poſ-
ſet amorem ĩ bõitate. q̃m bõitas amoris ſine durare creſcere
3 nõ põt. ¶Amate (dixit amicꝰ) abſq̃ʒ tua bonitate & p̃tãte hr̃e
nõ poſſũ amorem: quo te amare deſidero. Et iõ p̃tãtẽ tui bõi
amoris rogo/vt mihi det p̃tãtẽ boni amoris: quo te amare poſ-
4 ſim: & ĩ ip̃a bonũ amare poſſim & malũ odire. ¶Rogauit ami
cus amatũ: vt bonitatẽ ſui bõi amoris cognoſci faceret. q̃m cũ
bonitas boni amoris cognoſcitur: amatores fortificat ad ſuſti
ꝙ ſuum amare multiplicarent:ac reſpondit illis/dicens/ꝙ cor ſuũ in tã grauibus laboribus erat ꝑpter ſuſpiria & lãguores vt cũ ipſis illa non poſſet ſuſtinere.itaq; poteſtas/ ſapientia & volũtas in amorẽ amici intrare nõ poterant.nã amic⁹/ipſas in trare nõ ꝑmiſit.vnde ptãs/ad volũtatẽ ait: ꝙ haberet magnũ velle ad introeũdũ ĩ amorẽ amici. & ſapiẽtiæ dixit: vt magis declararet amico veritatem amati ſui,ꝙ ſi hoc facerẽt:portas amoris magno poſſificare aperirẽt.volũtas igiť & ſapiẽtia fecerunt qđ ptãs eis conſuluit: & omnes tres in amorem irruerũt.& cor multiplicauit anguſtias & ſuſpiria quibus amicũ languere faciebat. ❡Virtus/ veritas / & gloria in amare amici intrare voluerunt:vt ſua ſuſpiria ſtudioſa eſſent/& vera /& ꝙ in gloria quietem haberent. Timuit amicus de earum introitu.quoniam nimis ſe grauatum ſenſit ꝑ introitũ poteſtatis,ſapientiæ,& volũtatis. Veruntamẽ conſiderabat ꝙ ſua ſuſpiria abſq; virtute & veritate nihil valebãt:qui ſpem habuit ꝙ per gloriam poſſet quietem obtinere, & ꝙ poſſet comedere & dormire.vnde amic⁹ ꝑmiſit ĩ ſuũ cor intrare virtutẽ veritatẽ & gloriã.virt⁹ vero & gloria amati ſe veritati oſtẽderunt: & in amore eſt multiplicatũ amare,& in corde ſuſpirare. Et corpus amici languebat nec labores poterat ſuſtinere: & tũc amicus ſe deceptũ putauit.❡Differẽtia & cõcordãtia bonarũ operationum amati introire voluerunt in cor amici cum memoria:vt amic⁹ nobiles operationes amati ſui recoleret, quas habet in ſe & in creaturis. Dũ amic⁹ cõſiderabat, an intrare ꝑmitteret ĩ cor ſuũ differẽtiã & cõcordantiã: cõtrarietas dixit ad amicum/vt ipſas non intromitteret. quoniam ſi ipſas intromitteret:memoria citaret ipſum tam intenſe ad recolendum nobiles operationes amati ſui/vt ſuum cor tot & tanta ſuſpiria emitteret ꝙ per illa ipſum languere & mori oporteret. Ac quieuit amic⁹ conſilio qđ cõtrietas ſuggeſſit /& obliuioni tradidit amatũ ſuũ ac operatiões ei⁹. Tũc bonitas & magnitudo et aliæ aquæ amoris: q̃ in amorẽ amici ĩtrauerãt ĩ corde ſtare noluerũt/de quo & exierũt,qđ tũc nõ habuit quo nec de quo ſuſpi

ria amoris multiplicaret. Et amicus ſuũ perdidit amatum et ſuũ amorẽ. ¶ Quando ſe ſenſit abſq; amore, amatione et amato: conſcientia, contritio & pœnitentia cũ iuſtitia cor amici intrauerũt, cui dabãt tot lãguores et tantos labores et timores, ꝙ amicus fuit in puncto mortis. q valde deſolabiliter clamauit ad amorẽ et amationẽ: vt cũ amato ad ſuũ cor redirẽt et in ipſo manerẽt. et contrarietatẽ maledixit ꝓpter malũ cõſiliũ qđ illi dedit. Amor vero & amatio reſpõderunt amico dicentes: ꝙ ipſi ad ſuũ cor nõ redirent nec in ipſo ſtarẽt ſine maiori pricipio, medio, fine & æqualitate ſuſpiriorũ & bonitatis, magnitudinis et aliarũ radicũ amoris quæ a ſuo corde per cõſiliũ contrarietatis eiecit, quæ amica eſt minoritatis amoris. ¶ Amicus aũt dixit ad amorẽ et amationẽ vt ad cor ſuũ redirẽt cũ tot et tantis cõditionibus vt vellẽt. quoniã citius mori amabat p ſuſpirare et amare, q̃ viuere abſq; ſuſpirare: et eſſe abſq; amore, amare & amato. Tũc in corde amici introierunt amor & amatio, cũ memoria quæ amatũ & ſuas operationes recoluit. introierũt & in ipſũ bonitas & magnitudo & aliæ radices amoris cũ maioritate. Et amicus cor ſuũ tam plenũ habuit ſuſpiriis, vt ipſa ſuſpiria ſuſtinere non poſſet: qui minoritatẽ amoris rogauit vt ipſum iuuaret. maioritas aũt amoris, minoritatẽ ĩ cor amici nõ ĩtromiſit, & amico labores et ſuſpiria multiplicauit: quia ſpem habuit ĩ minoritate amoris (quę eſt ipſi contraria) ꝙ ipſum iuuare poſſet. Rub. LXXIIII.

De fletibus amoris.

Dlorauit amicus cũ radicib⁹ amoris: quę ſunt fontes de qbus ĩ oculis amici naſcũtur lachrymæ et fletus. quoniã amor cor amorificat, et cor aquã aſcẽdere facit ad oculos qui aquã emittunt propter amorificationẽ cordis qđ ſuſpirat per amorẽ. et ideo amicus languet per amare, ſuſpirare, et flere. ¶ Amor, amicũ pertractare facit vt magna bonitas amati ab omnibus hominibus cognita ſit & amata. & propter hoc vadit amicus per longa terrarũ ſpatia: dicẽs multis hominibus, vt intelligãt & ament magnã bonitatẽ amati

ſui ſuper oẽs alias bonitates.amicũ autẽ auſcultare noluñt:imo ipſum derident & rephẽdunt de iis quæ per amorẽ facit.Et qa amicus nõ poteſt impetrare hoc qd amor vult: cor ipſius ſuſpi rat,& ei⁹ oculi lachrymis rigant & madefiũt. ¶Bonus & ma gnus amor, dixit ad amicũ: vt plãgat & ploret pp̃ter magnũ & malũ amorẽ q tantũ durat in hoc mũdo,cũ ſit amati q ipm ad ſuũ honorẽ creauit. ¶Amic⁹ plãgit & plorat:& ſuos fletus durare facit contrã malũ & magnũ amorẽ. & dixit bono & ma gno amori, q ſui fletus deſtruere nõ poſſunt malũ & magnũ amorẽ.Bonus & magn⁹ amor,dixit ad amicũ:q et ſi ſui fletus quo ad alios homines nõ valerẽt ad deſtruẽdũ malũ & magnũ amorẽ,tñ valent vt ipſe & amatus ſuus in ipſo honorẽ habeãt. ¶Recoluit amicus ſua peccata,& timorẽ habuit de pœnis in ferni quæ ſemper durãt:flere voluit,ſed flere non potuit. tunc amicus ab amore queſiuit flendi poteſtatẽ qua fleret ob amo rẽ ſui amati/& ob dedecus quod ei a pluribus hominibus in fertur.¶Sapientia dixit ad amicũ vt ſępius & cum lachrymis maioribus,fleret propter amorẽ amati ſui: q̃ propter timorẽ. quoniã fletus qui ſunt propter amorẽ:magis placent amato q̃ fletus qui ſunt propter timorẽ.Cũ ita ſit q fletus propter amo rẽ dant quietẽ amatoribus,& fletus propter timorẽ dant ama toribus laborem: amicus vno plorauit oculo, & maiores la chrymas fecit per amorẽ.& altero minores: vt ſuo amato ma iorem honorẽ faceret per amorẽ,q̃ per timorẽ.¶Ad memoriã amici,venit volũtas induta charitate: vt ſuũ proximũ qui eſt creatura amati ſui,amet.quę dixit,vt fleret quia tot homines ſunt in errore & in ira amati ſui:qui tendunt ad pœnas perpe tuas infernales,quę ſemp durabũt.¶Plorauit amicus cũ cha ritate propter proximũ ſuũ: qui ſuis fletibus dixit,vt ſibi de amato ſuo veniã & miſericordiã reportarent,vt per ipos ſuũ proximũ iuuaret.¶Virtus cũ iuſtitia & aliis virtutibus pro fecta eſt ad amicũ vt ſtudioſe flere poſſet,et abſq vitio et pec cato,cui iuſtitia dixit (qd et ratio iubet) amic⁹ qui ſuũ offen dit amatũ,fleat per contritionẽ,ſatiſfactionẽ,et pœnitentiam

magis fle ... dixit ... amore ... dixit ...

Item prudentia dixit ad amicũ / ꝙ ſi ipſe nõ fleret ĩ hoc mũdo ſua peccata in alio nõ ridebit. Fortitudo quoq; dixit amico / fletus boni & veri amoris: eſt fortior q̃ fletus mali & falſi amoris. Et temperantia dixit ei / qui comedit nimis & nõ plorat in hoc mũdo / ob nimiã comeſtionẽ: ĩ alio plorabit ꝑpter nimiã famem. Et fides dixit vt fleret: quoniam ſeruitores fidei non ſũt tot vt ſeruitores incredulitatis. Et ſpes dixit vt fleret: quoniã hoĩes ĩ peccato exiſtentes credunt p illã habere veniã & miſericordiam ab amato ſuo. Et charitas demũ iuſſit vt ploraret: quia ipſa eſt in tam paucis hominibus & plures aliæ virtutes amicũ rogauerunt plorare: quia plures ſunt ſuperbi. ¶ Patiẽtia rogauit eum flere: quia per ipſam homines ſupbi & iracundi / non deuincũtur. Igitur fleuit amicus ad preces virtutum cuius lachrymæ virtutibus erant indutæ. ¶ Veritas dixit ad amicũ vt ipſã poneret ĩ oculis ſuis: vt ex ipſa veræ lachrymę & flet⁹ exirẽt / & ꝙ p ipſã verus eẽt amator & falſi amoris & hypocriſis ĩimicus. Tũc fleuit amic⁹: & pfes veras lachrymas in veritate fecit. Amat⁹ aũt, cõmiſert⁹ eſt amico: cui ꝑ donis & iocalibus tranſmiſit amoris multiplicationem / amationem / lãguores, ſuſpiria / lachrymas & fletus per amorem. ¶ Fletibus amici voluit gloria ĩtereſſe: vt amicus ĩ ipſa cũ fletibus qeſceret poſſet. Permiſit amicus gloriam ſuis fletibus intereſſe. qui tantum habuit quietis in gloria: vt multo maiorem haberet delectationem flendo per amorem / q̃ ſentiendo / comedendo / vel dormiendo. qui & amatoribus boni amoris dixit / fletum propter bonum amorem, eſſe quietem amoris & ſolatium amici & amati. ¶ Differẽtia amicũ rogauit vt ipſã poneret in ſuis fletibus: vt vnus fletus eſſet p amorẽ & alius per timorẽ, & vt fletui propter amorem plures daret lachrymas q̃ fletui propter timorem. Cui reſpondit amicus dicens, ꝙ amatus ſuus ita diſtribuit ad ſuam voluntatem lachrymas eius in ſuis fletibus: vt impertit veniam in peregrinationibus. ¶ Cõcordãtiã amici & amati, plorare amici rogauit: vt concordaret recolere, intelligere / & amare, quoniam in cõtrarietate ip

ſorum/ipſa non poſſet eſſe: nec plorare poſſet eſſe magnum, bonū, ſtudioſum, potens & durabile ſine ipſa. Plorare in ſe cō cordabat recolere, intelligere, & amare: vt per ipſum poſſent plures lachrymæ exire, & vt p ipſū poſſent plura peccata & culpas delere. Intrauit concordantia intelligendi & amandi in amico: quē tamē ita plorare fecit vt comedere nō poſſet nec dormire. ¶ Cōtrarietas amoris, dixit oculis amici vt nō flerēt quoniā per fletus/viſus deſtrueretur. & quia flebāt: homines amicum deridebant, qui dicebant, ꝙ ipſe plorabat propter falſitatem & hypocriſim, & vt aliquos homines decipere poſſet. Amicus autem a concordantia amoris quæſiuit, vtrū cōſentiret conſilio quod ſibi dedit contrarietas amoris. quæ agnoſcens amicum non eſſe in amore fortem: rogauit amatum/ vt ipſum puniret, qui propter ſuum amorem flere timebat. Et amatus amicum puniuit: multiplicādo in ipſo ſuſpiria et fletus, et ipſum magis fecit ab hominibus derideri. ¶ Principiū amoris principiare voluit in oculis amici nouas lachrymas: vt fletus poſſet multiplicare. ſed amic⁹ noluit: qm̄ ipſi videbatur ꝙ ei⁹ oculi maiores flet⁹ q̄ ſuſtinuit non poſſint ſuſtinere. Et tūc pricipiū amoris noluit in corde amici pricipiare noua ſuſpiria. ꝓpter qđ amic⁹ ſuos flet⁹ ꝑdidit: nec de ſuis oculis lachrymę exire poterāt. ꝑdidit et delectationē quā p fletus ſentire cōſueuerat. et qa videbat ſe elongatū ab amore et amato ſuo/et ſe iuenit in labore et dolore. et timorē ita magnū habuit amati: ꝙ comedere nō poterat neqꝫ dormire. rogauit pricipium amoris, vt ad placitū ſuum in ſuo corde principiaret noua ſuſpiria, et ī ſuo oculo nouas lachrymas. et ſibi redderet antiq̄ ſuſpiria et lachrymas ātiquas q̄s ꝑdiderat. ¶ In medio amor[amare erat qđ de medio loco cordis amici ſuſpiria emiſit, & de medio fletuū lachrymas p amorem amati. Ad quod amicus ait ꝙ amare ipſum ſtare faciebat in medio ſui amoris, et ſuſpirare in medio ſui cordis. et plorare, in medio ſuorum oculorum et ideo non poterat ipſum obliuiſci, odire, ne ꝙ ignorare. ¶ In fine amoris, noluit amicus quieſcere: vt ſui oculi in lachrymis et fletibus abundarent. quoniam amicus

qui finē amoris conſiderat:honorē conſiderat qui debet ama to.et quādo videt honorem fieri amato ſuo:plorat per amorē et quando videt ꝙ homines ſuum amatum inhonorant: plorat propter dolorem.¶Et ideo finis amoris eſt fons fletuū et lachrymarū. ¶Maioritas et minoritas fletuū intrare animū amici voluerunt.maioritas in ipſum intrare voluit:vt plures lachrymas emitteret per amorem,et minoritas ī ipſum intrare voluit:vt paucas lachrymas emitteret per amorē. Amicꝰ maior itatem amoris intrare permiſit in ſuos fletus: minoritatem autem amoris non intromiſit,vt amatus et amor plures haberent ſeruitores per fletus ad æqualitatem amoris:et vt æquaret in ipſo q̄ maximā æqualitatē amādi,ſuſpirandi et flendi poſſet. quam magna æqualitate omnium tamē maiori facere volebat ſuo honorabili amato.

De timore et amore Rub.LXXIII.

AMicꝰ ſcire voluit an ipſe timorē habuerit de amare qm̄ ſine timore amoris nullꝰ amicꝰ ſuū dn̄m et amatum multum amare poteſt. Et ideo amicus radicibus amoris ingrere voluit an in ſe timorē habuerit de amore. ¶Amicus timorem habuit ne ſuum amaret amatum paruitate amoris.quoniam magnum dedecus facit amicus amato ſuo quando ipſum amat paruo amore qui non eſt ꝑ magnā bonitatem.Et dixit amor ad amicum ꝙ ipſe timorē habebat, regem et populū repræhendendi quando peccatum faciūt et dedecus deo qui eſt deus honoris,amoris et omnium aliarum creaturarū.¶Recoluit amicus ꝙ ipſe multotiens timorē habuit repræhendendi regem de peccato et alios homines peccatores.Et ideo dixit ꝙ in illo tempore:in quo timorem habuit compræhendendi homines peccatores,ſuum amare de modica erat bonitate amoris: & ꝙ timorem non habuit de ſuo amato et amare.quia amicus rogabat amatum et amorem vt vindictā acciperent cum valde magno amare,ſuſpirare et plorare. ¶Quæſiuit amicus in ſua conſciētia et amore,an amare ſuū duraret propter timorem pœnæ,an propter

timores amoris/qui inuenit cū intentione veritatē,ꝙ ipſe fre quenter ſuū amabat amatū: vt ſibi ſua peccata remitteret: & ipſum in infernū non truderet. & raro ipſum amabat ꝑ magnitudine & æternitate eius bonitatis. Et ideo cognouit ꝙ amare ſuū parū durauerat ī timore amoris, & multū ī timore pœnę inferni. Tūc amicus dixit ad amorē ſuū, vt accipet ſuū amare & ipſum diu teneret in carcere amoris: ne ſuo amato dedecus inferret. ❡Quæſiuit amicus a poteſtate ſui amoris, vtrum timorem habuiſſet de amato ſuo? poteſtas amoris reſpondit dicens: ꝙ timorem habuit de amato ſuo. timorem habui, quia tu amice (dixit poteſtas amoris) timorem habes multum amare honorem & ſeruitium quod ſpectat ad amatum tuū, quem quidem timorem habes propter labores & lāguores qui eueniūt per amorem. & quando vis ire de vna terra ad aliā: timorē habes de fame, ſiti, frigore, calore, infirmitate & malis hoīb⁹. Et qa tu amice (dixit poteſtas amoris) me non vteris tm̄ quātū decet ad honorādū amatū tuū & honorem ſuū: & q̄tum me vti poſſes: timorē habeo: ꝙ in amando me teneas ocioſum. ❡Scire voluit amic⁹ an ipſum oporteret timorē habere propter indiſcretionē tunc cū tractaret honorem amici ſui & vtilitatem ſuam & ſui proximi, & quæſiuit a ſapientia amoris vt ſibi diceret veritatē. Amice (dixit ſapiētia amoris) cū dormiebas, & vigilare & cogitare debebas ad procurandū honorē amati tui qui te procuratorē fecit ad tractandū honorē ſuū, me tenuiſti ocioſam. Et cū in menſa nimis comediſti & bibiſti, et aliqua noua de tuo amato quęrebātur: indiſcrete loquebaris & mea virtus ī te erat ocioſa. Item multotiēs me ocioſam tenuiſti per nimiā loquutionē aut taciturnitatē, aut per modicā doctrinā. Et ſic de pluribus aliis defectibus quos contra amorē et tuū amatū cōmiſiſti. quare plango et ploro. Et tu de tuo amato verecūdiā habere debes et timorē. quoniā negotiū qđ tractaſti ad honorandū amatū tuū: ad finem duxiſſes/ſi me ocioſam nō tenuiſſes. ❡Volūtas amoris audiēs verba q̄ ſapientia dixit ad amicū: dixit ꝙ ſępius ipſam

tenuit ocioſam/ĩquantũ cum illa bonũ velle & malũ odire po tuiſſet.et bonũ noluit & malũ non odiuit. & ideo dixit volun tas amori ad amicũ ꝙ multũ timere amatũ ſuũ debebat.qm̃ ꝑ ſuã negligẽtiã valde bonã,magnũ & ſtudioſũ velle ꝑdidit,qd̃ habuiſſe potuit ad honorãdũ amorẽ & amatũ ſuũ. Verecũdiã habuit amicus qñ verba audiuit q̃ volũtas dixerat:q fleuit/& ad miſericordiã & pietatẽ clamauit,vt ſibi ab amato ſuo veni am ĩpetrarẽt. ¶Iuſtitia & pœnitẽtia & cæteræ virtutes/verba audientes quæ ſapientia & voluntas dixerant: ad amicũ me moriam adduxerũt/vt teſtimoniũ ferret quoties amicũ roga uerunt vt ipſas poneret in intelligere ſuo & in amare,ĩ quib⁹ ipſas ponere noluit & iniuriã,ſtultitiã/& plura alia peccata in ipſis poſuit/& ipſas tenuit ocioſas & inhonoratas, vnde mul tũ timere amatũ ſuũ debuit. Itẽ timere debuit:qa timorẽ non hẽbat:cũ peccauit.qm̃ amat⁹ magi offẽdit ꝑ amicũ q timorẽ ñ habuit qñ peccauit q̃ ꝓpt pc̃m qd̃ fecit. Cognouit itaq; ami cus/ꝙ iuſtitia/prudẽtia/& aliæ virtutes veritatẽ dicebant: & amorẽ ĩcrepauit q ſibi bonũ & magnũ amarẽ nõ dederat.amor autem ſe excuſans/ voluntatem adduxit vt ꝑ ſe teſtimoniũ ꝑ hiberet:q dixit ꝙ amic⁹ libertatẽ habuit ex ipſa bonum & ma gnũ amare multiplicãdi. Et ideo culpã habuit ĩqtũ libertate volũtatis ſuæ vti noluit q̃tum vti potuerat in volẽdo & amã do virtutes & in odiẽdo vitia. ¶Veritas noluit adeſſe ſermo nib⁹ quos adinuicẽ amic⁹ & amor habuerũt/quæ dixit: ꝙ deũ & angelos teſtes habebat ꝙ amic⁹ ſæpius ipſam q̃ amorem of fenderat quia amatum ſuum timere debebat,& hoc ſciebat/ ſapientia & memoria recolebat: quoniam ipſe ſciebat ꝙ ſi ſit vnus homo fidelis,centũ eſſe infideles in errore/q falſitati ꝑ veritate credũt. Et tu amice dixit veritas quieſcis & dormis/ & es ſine charitate & timore quã nec erga deum habes nec er ga tuũ proximũ. Et de his te nõ potes excuſare: qm̃ laborare deberes & deſiderare de toto poſſe/vt omnes homines huius mundi forent in vera fide & amore,& vt falſitas q̃ me ĩ mũdo tenet ĩhonoratã & vituperatam a mũdo eiiceret. Et vt ego & amor,plures amatores et bonos haberemus. Et vt tu⁹ amic⁹

q̄ te fecit ad ipſū amādū et ſeruiēdū:a ſuo populo haberet ho-
norē,quē ad ſe honorādū/amādū/cognoſcēdū/et ſeruādū cre
auit.Cognouit amicus ꝙ valde magnū timorē de ſuo amato
habere debuit:qm̄ ad fidē multiplicādā p mūdū/ſuū poſſe nō
fecit. Et amori cōfeſſus ē q ſibi in pœnitētiā dedit vt ſuū poſ-
ſe extūc faceret ad mltiplicādā veritatē/et ad deſtruēdū falſita
tē/errores et pc̄tā.¶Glia amor/dixit amic⁹:erraui cōtra te et
pc̄tm̄ cōmiſi,ppt qd timerē debeo amatū meū.glia vero amicū
rephēdit q ab ipſa q̄ſiuit hoc qd ſciebat:dicēs,ꝙ ſepi⁹ ipſā hr̄e
volebat ī delectatiōib⁹ corpalib⁹ q̄ ī ſpūalib⁹ et qa ipm̄ hr̄e vole
bat ī miori bōitate et virtute et iō ī maiori erat offenſa cōtra
ipſā et amatū ſuū. ¶Dn̄a amor/(ait amic⁹)ſcis vtrū cōtra te
pc̄tm̄ feceri: ꝑpter qd debebā timerē de amato meo.Cui amor/
dn̄a reſpōdit dicēs.Ego ſū chorda amoris qua amicus et ama
tus adīuicē ligāt vt dictū ē ī diffinitionib⁹ cōpoſitis radicum
amor/.Et tu amice erraſti et pc̄tm̄ cōtra me cōmiſiſti qa me co
gnouiſti/et non facis amari ab illis q me nō amāt nec ītelligūt
qm̄ ſine me amor eſſe nō pōt īter amicū et amatū.Cū ita ſit ꝙ
amic⁹ eſt vnus et ali⁹ eſt amat⁹,et idē eſt de eorum bonitate/
magnitudine et duratione et aliis q̄ ſine me eſſe non poſſunt
in concordantia amici et amati.Adhuc tu ſcis ꝙ ego ſum lu-
men tui intellectus per quod cognitionem habere poteris de
plurib⁹ reb⁹:et qa mihi tu honorē nō facis/poſtq̄ tm̄ valeo/de
tuo amato vehemēter timere debes.¶Cocordātia amor/ami
cū rephendit:qa p hoīes q litigabāt et eam q ī vera fide et cre
dulitate erāt ad ſuū amatū honorādum nō cōcordabat neq̄
vnā virtutē cū alia cōcordare volebat cōtra viciū et pc̄tm̄:nec
in magnitudine bonitatis/durationis,et poteſtatis/ſuū ītelli
gere/recolere et amare cōcordabat/nec ī equalitate oīm triū.
Et plib⁹ aliis mōis amice(dixit cōcordātia amor/)mihi īiuri
at⁹ es et amato.¶Mirabat amic⁹ ꝙ tot mōis vt dictū ē timorē
de amato ſuo hr̄e debebat qa cōtrarietate amor/ q̄ſiuit vtrū ꝑ
pter ipſā timorē hr̄e deberet de amato ſuo.Cui amor/ cōtrari
etas rn̄dit dicēs:q ē chorda amor/ ſcd̄m qd cōtinet ī diffinitio
ne ſua ī radicib⁹ arboris amoris,& dixit amico,ꝙ ipſe erat ma

lus & prauus ſeruitor:qm̃ raro peccatis reſiſtebat. ℭPrĩcipiũ amoris (dixit amic⁹) q̃re me pmiſiſti prĩcipiare vitiũ & pc̃m̃ & falſũ & malũ amare? Amice (dixit prĩcipiũ amoris) ego te p̃miſi prĩcipiare vitiũ & pc̃m̃ & falſũ amare:qa tu ĩ tuo amore me habere noluiſti cum bono magno potẽti & ſtudioſo amare:qm̃ ſi voluiſſes/ego nõ pmiſiſſem te prĩcipiare vitium neq̧ pc̃m̃ nec falſũ amare.qa de te volo conq̃ri corã amato: nec tu de me conq̃ri poteris:qm̃ tu in me liberalitatẽ habes & habuiſti p̃ tua volũtate. ℭMediũ amoris (dixit amic⁹) tu cũ ſis chorda amoris:quare me non ligaſti ad amatũ/vt nullo mõ contra ipſum errarem. Amice dixit medium amoris: mea chorda ligare non poteſt paruum amicum ad magnũ amatum:quoniam qui paruum habet amare ĩ palatio magni amoris ſtare nõ debet.qm̃ illud palatiũ amoris cõditionatũ eſt tali modo q̧ amatus amicum amare non poteſt, qui paruũ hẽt amare. ℭFlendo cõqueſtus eſt finis amoris corã amato de amico dicẽs:q̧ amicus ipſum ſæpi⁹ q̃ſiuit ĩ minorib⁹ bonitatib⁹ & virtutib⁹/& nõ ĩ maiorib⁹.audiuit amic⁹ clamores quos de ipſo finis amoris faciebat & timuit amatũ ne ei duplicaret amare ſuũ atq̧ ſuſpirare & plorare vt fini amoris ſatiſfaceret.quõniã ſi illa duplicaret:diu viuere non poſſet/nec maius amare/ſpirare,& plorare q̃ illa q̃ ſuſtinere ſolebat, poſſet ſuſtinere. Et qñ amic⁹ cõſiderauit q̧ ipſe timuit mori p̱pter amorẽ:Maioritas amoris iuit ad amatũ q̃ ſecũ bonitatẽ & magnitudinẽ ĩ teſtes adduxit dicẽs ad amatũ q̧ amic⁹ multotiẽs ipſas de ſuo amore eiecit qui ĩ amore ſuo paruitatẽ amoris poſuit q̃ ſuſpirare & flere minorificauit.& tũc amic⁹ timuit iuſtitiã amati ſui qui ad amoris maioritatẽ dixit & ad magnitudinẽ & bonitatẽ q̧ ipſe illis daret ſuũ amare.& voluit vt de ipſo ſuã facerent voluntatẽ. ℭAmoris æqualitas dixit ad amicũ/tu mihi multotiens es iniuriatus: propter quod tuum debes amatũ timere.qm̃ qñ tu ocioſus eras & bonificare,magnificare,viuificare & virtutis exercitia cũ tuo recolere ĩtelligere & amare non ęqualificaſti: ego reſiſtere non poterã tẽtationibus quas

habuiſti.quoniã chorda amoris quæ eſt de cõcordare & ęqualificare deficiebat vnde rogo amatũ:vt de te mihi vindictam faciat euuſq; quo tibi amare,ſuſpirare & plorare multiplicem in tam magna quã titate amoris vt te comedere aut dormire vix permittat. ¶Quãdo amicus ſtabat ligatus ad amatũ ſuũ minori chorda amoris:timuit oĩa.quoniam in nulla re,ſecuritatem poterat inuenire.tunc cõſiderabat vt maiori chorda amoris ad ſuum ligaretur amatum ne quicq̃ amplius timeret ſed dormire poſſet & quieſcere in diuitiis amoris. ¶Diximus de foliis amoris modo dicendum eſt de aliquibus accidẽtibus quę de timore & per amorem oriunt̃ in amico qui ſuũ amat amatum.

De infirmitate quam amicus habet per amorem.
Rubrica. LXXVI.

INfirmabatur amicus ob amorem qui ipſum fecerat minus ſuſpirare,flere/& timere. Et dixit ad amorem qui eſt fons de quo amare procedit:vt tranſmitteret vnum deſiderium ad medicum amoris & diceret ei vt veniret ad ſanandum & curandum amicum de infirmitate ſua. Amor,deſiderium tranſmiſit ad medicum amoris: qui venit ad ſanandum & curandum amicum de minori amore,per amorẽ maiorẽ.Medicus ille ſanare conſueuit per amoris concordãtiã/abſq; cõtrarietate maioris amoris:& medicinę quas dabat:amorem/ magnitudine bonitatis,durationis,& aliarum multiplicabant. ¶Medicus amoris/amicum iacere fecit in quadam camera amoris/pulchris figuris depicta:quæ amicum recolere faciebant ſuum amatum & nobilitates eius & valores.ſicut figuræ pulchrarum & magnarum arborum:q̃ honeſtatę ſunt foliis/floribus/& fructibus,ex quibus magnus odor exit.Et figuræ auium, beſtiarum pulchrarum/hominũ & fœminarum:amicũ recolere faciunt/q; ſuus amatus eſt pulcher & magnus in bonitate:qui tot & tantas:tam magnas & ita pulchras creauit creaturas. ¶Lectus in quo amicus recubuit ad quieſcendum & dormiendum:erat de amore,qui pro

prietatem habuit & virtutem ꝙ nemo q in ipſo iacuerat dormire poterat:nec pulchritudies & nobilitates amati dare obliuioni.¶Cum amicus in camera amoris fuiſſet poſitus & in lecto amoris dormire ſperabat & quieſcere: ꝑpter viſionē quā habuit de figuris in illa camera depictis & propter naturam lecti amoris/maiorem laborem habuit per amorem q̄ prius. qui ſeruitoribus dixit,vt ipſum de illo lecto,tollerent & extra illā cameram portarēt:quoniam quanto plus in ipſa remanebat,tanto plus ſuum amorem multiplicabat:& ſua īfirmitas creſcebat. Medicus amoris/pulſum amici tetigit / & vrinam reſpexit/& cognouit ꝙ amicus vna medicina indigebat quæ ipſum phreneticū faceret.vt ſic fatuus loqueretur per amorē quoniam illi amici maiorem habent ſanitatem: qui loquūtur ſine modo amoris.Et tūc medicus medicinam cōpoſuit de radicibus amoris,excepta contrarietate & minoritate amoris: vt eſſet magis fortis:quam dedit amico vt ipſam aſſumeret ꝑ amorem amati ſui.Sumpſit amicus medicinam amoris: qui multo plus q̄ ante per amorem laborabat & ſuis dixit domicellis ꝙ medicus amoris toxicam amoris poſuit in medicina quam ſumpſit:vt ipſum per amorem occideret. & tunc dicebat eis vt de alio medico & alio lecto & de alia camera ſibi prouiderent.Et vt ſibi tyriacā afferrent q̄ ipſum de veneno amoris curaret.domicelli iuerunt ad quēdā aromatarium qui tyriacam vendebat:q̄ de amore,bonitate,magnitudine/ & virtute erat compoſita,& illos amare faciebat qui non amabant, et illos vigilare qui dormire nimis conſueuerant:quā domicelli ſeu famuli amico attulerunt & dederunt,& ei illa tyriaca amoris:phreneſim & infirmitatē amoris,in ipſo multiplicabat & creſcere faciebat.Tunc amicus, medicum & domicellos ſuos vituperauit:& a malo medico & malis miniſtris fugere propoſuit,volens ire vt curaretur ad quandam ſyluam vbi loqui non audiret de amato ſuo/nec videret aliquas figuras quæ facerent ipſum recolere & amare ſuum amatū/ quoniam infirmitatem ſuſtinere nō poterat:quā habuit per ama

rem ſuum. ¶ Tota illa die fuit amicus in magno labore/et magna per amorem infirmitate vſq ad noctem qui tunc fugam arripuit/cũ medicus amoris & ſui domicelli dormirent. contrarietas vero & minoritas amoris/amicũ fugientem cõcomitabantur.

De carcere amici q fugit ab amato ſuo. Rub. LXXVII.

AMoris domina mane cameram introiuit vt videret amicum: quem inuenire non potuit: quæ medicum amoris & domicellos ſuos ac miniſtros excitauit: a q bus petiit quo iuerat fili⁹ ſuus qui per ipſam infirmatus fuit. Valde mirati fuerunt medicus & domicelli amoris quando amicum non viderunt. Medicus dixit, ꝙ amicus fugit cum minorificare quod eſt domicellus ſiue ſeruiens minoris amoris: & cõtrariari quod eſt domicellus cõtrarii amoris, vt de infirmitate amoris curaret. Tunc domina amoris & medicus, duos domicellos amoris videlicet concordare amoris et maiorificare: ad quærendum amicum miſerunt/ſi ipſum inuenirent vt cum ipſo etiam contrariari et minorificare amoris caperent. ¶ Ergo concordare et maiorificare amoris /amicum quæſiuerunt quem inuenerũt in vna pulchra planitie iuxta vnum magnum nemus/et rogauerunt ipſum vt rediret ad dominam amoris et ſtaret in cura medici amoris. ¶ Amicus nolens ad dominam amoris nec ad medicum redire: dixit ꝙ domina amoris malam habuit conſuetudinem. quoniã ſuos ſeruitores torquebat et occidebat: & ꝙ ſuus medicus erat falſus homo valde quoniam venenum amoris ponit in ſuis medicinis, quibus multiplicat labores amoris. Et ideo eſſe noluit in tribulatione tam malę dominę et tam falſi medici. Concordare et maiorificare amoris/amicum capere volebãt: quibus minorificare et cõtrariari amoris fortiter reſiſtebãt: ita vt magnũ bellũ fieret inter concordare et cõtrariari amoris/et inter maiorificare et minorificare amoris. deuicta fuiſſent cõtrariari et miorificare amoris: ſi amic⁹ ipſa nõ iuuiſſet. Succubuerũt

igitur concordare & maiorificare et vincta fuerunt/quouſq duo angeli amoris venerunt qui iuuerunt concordare & maiorificare: quos tranſmiſit amatus ad capiẽdum et ligandum amicum contrariari ac minorificare: qui omnes capti fuerũt et poſiti in carcere amoris. ℭCaptus erat amicus et vinculis incarceratus amoris ac pluribus chordis eius ligatus ad amatum ſuum ne amodo fugeret ab amato et a laboribus amoris. Et ipſi ſeruiebat bonificare, magnificare, & alii domicelli amoris: Bonificare ipſi dabat bonũ cibum amoris: et magnificare ipſi dabat magnum cibum amoris: durare autem & poſſe cõtinue ipſi dabant bibere forte vinũ amoris. & q̃to amicus plura comedit & bibit cibaria & pocula amoris: tanto magis eiꝰ infirmitas creſcebat, & maiorẽ famẽ & ſitim amoris ſentiebat. ℭTranſmiſit amicus ad amatũ/humilitatẽ/patiẽtiam/ & pietatem: quæ ſi ipſi placerẽt, ſibi alleuarent pœnas amoris quas ſuſtinebat. quoniam ipſum per amorem occidebant. et ſi amatus ſibi pœnas & labores nollet alleuare: vt dicerent ei ꝙ ipſum occideret per amorem. quoniam magis mori amabat: q̃ tot mala propter amorem ſuſtinere.

Quomodo amicus adiudicatus fuit morti per amorem. Rub. LXXVIII.

AMatus iudicare voluit amicũ ad moriendũ per amorem: ſed domina amoris quæ timuit ne ſi ſuus filiꝰ & amicus moreretur/ꝙ nõ inueniret tã bonũ amatorẽ. propter qđ rogauit amatũ: vt daret amico vitã amoris ꝑ aduocato, vt iura allegaret per quæ mori nõ deberet. Tũc amatus dedit amico vitã amoris pro aduocato. qui & fecit mortẽ amoris aduocatũ ſibi: qui narraret iura per quę amicũ occidere deberet. ℭIura amoris, ſunt radices amoris: & libri in quo ſcripta ſunt, eſt liber amoris. In illo libro legit, vita amoris: quę pro amico allegauit dicens, ꝙ ille amor eſt bonus & magnus q multũ durat. quoniã per talẽ amorẽ, habet amatus bonũ, magnũ & durabilẽ amatorẽ. Et propter hoc, amatus amicũ per amorẽ ſuũ in ſua iuuentute occidere non debebat: ſed in ſene-

ſtute. Mors autē amoris, allegauit dicens: ꝙ ille amor eſt bon⁹ & magnus qui per maiorē amorē amicum mori facit propter amatū ſuū. ideo ſi amicus cōfeſtim nō moriatur, cū ſuū amet amatū per amorē: nō eſt amor magnę bonitatis, ſed eſt aſſociatus minoritati & amoris contrarietati, quæ amicū ſuſtinet ne propter amorē moriatur: & ipſum docent fraudes ac proditiones in amorē & amatū ſuū exercere. vt fecit amicus q fugit a medico amoris & iuit ad degendum in vno nemore vt non amaret neqꝫ recoleret amorē nec amatū ſuū. Et cū fugiſſet ab amato ſuo: in bello iuuabat contrariari & minorificare, cōtra concordare & maiorificare amoris. quare amate (dixit mors amoris) circūſpectis omnibus pdictis rationibus & pluribus aliis: dignū eſt amicū mori. ¶Amate (dixit vita amoris) in capite de bono amore conditione decima/legitur ſic. Abſqꝫ concordantia amici & amati: nullus amor poteſt eſſe bonus. et ſi amare tuū, interficit amicū per amorē tuū: inter te & illū non erit cōcordantia: quoniā inter illū qui interficit & illū qui interficitur: nō poteſt eſſe cōcordare. & quia abſqꝫ concordātia amici & amati, bonus amor eſſe nō poteſt: non debes eſſe contra bonū amorē, ex quo es bonus amatus. Allegauit aūt mors amoris propter allegatū caput qđ eſt de bono amore quartā decimā conditionē vbi dicit, ꝙ bonus amor, eſt finis & quies boni amatoris. & tu amate (dixit mors amoris) ſcis ꝙ amic⁹ tibi tranſmiſit humilitatē, patientiā & ſpem per nuucios qui tibi dixerūt: ꝙ ipſe viuere volebat vt labores amoris nō ſuſtineret. propter qđ cognoſcere potes ꝙ ipſe nō habet bonū amorem. quoniā ſi bonū amorem haberet: quietem haberet et delectationē in ſuſtinēdo labores per amorē. |et ex quo bonū amorem nō habet: non eſt dignū ꝙ viuat ſed moriatur. ¶Amate dixit vita amoris, in capite de magnitudine et amore conditione. ii. dicitur ꝙ poteſtas de amore nihil facere poteſt, nec ē magna. Vnde ſi amicū īterficit: non erit ptās q̄ poſſit de amore, et poteſtas amoris parua remanebit et nō magna. Et, ideo ſi amicū interficis: iniuriam facis et peccatū poteſtati amoris,

quæ per vitā amici eſt magna. quoniā dū amicus viuit: ptās amoris magna facit deſideria, ſuſpiria & fletus quos ſuſtinet per amorē. ¶ Amate (dixit mors amoris) per pallegatā. ii. cōditionem cap. de magnitudine & amore: volo ꝙ amicus condemnetur. quoniā ſi p amorē moriatur: poteſtas amoris/multo magis poterit, ſi amorē facit amicū interficere. q̄ ſi non poterit amorē facere amicū interficere. & ideo ius & ratio requirit vt amicus moriatur per amorē vt poteſtas amoris magis poſſit per amorē. quod tunc euenit cū facit amorē ſuos interficere ſeruitores. ¶ Amate (dixit vita amoris) in cap. de duratiōe & amore cōditiōe prima dicit ꝙ amor abſq; durare poteſtatē amandi habere non poteſt. quoniā ſi amicus moriatur: amor moritur. poſt qđ amor nū̄q̄ amare poteſt: nec per conſequēs viuere poterit, nec ſine amico amor amare poterit. Et propter hæc, ſi amicū interficis: amorē enecabis. cui iniuriā faceres, nam per ipſum plures habuiſti ſeruitores. ¶ Amate (dixit mors amoris) ī cap. proxime allegato: legitur ſic. nullū amare in eius volūtate durare poteſt qui de amare fatigatur. & quoniam amicus de amare fatigabatur, vt bene apparuit quādo a medico amoris fugit qui medicinas facit quibus amores multiplicat: ſuus amor durare nō poteſt. & multo melius eſt ꝙ moriatur q̄diu in ipſo amor durat: q̄ ſi abſq; amore moreretur. ¶ Amate (dixit vita amoris) in cap. de ptāte & amore xii. cōditione: legitur ſic. Maior poteſtas amoris/maiorē facit amatorē, Et ideo cū amicus tantum vexatus eſt per amorē, vt ſecūdū naturæ curſum viuere non poſſit neq; labores ſuſtinere: tūc amor habet magnā poteſtatē ſi ipm ſupra naturā viuere facit: quare ius eſt & ratio vt tu amate, amicum viuere facias: vt amor per te habeat magnā poteſtatem in amico, & ꝙ ipſum faciat valde magnū & fortē amatorē ad te diligendū, obſeruādū, & honorādū. ¶ Amate (dixit mors amoris) vita amoris allegare credit per iura amoris & illa allegat contra amicum: quoniā multo maiorē & fortiorē poteſtatē habet amor ſi amicū interficit: & ꝙ nec natura, nec aliquid ſupra naturā

ipſum defendere poſſit quin moriatur,q̄ ſi amicus cōtra mortem habeat per aliquid defenſionē, ꝙ amori reſiſtat ne ipſum interficere poſſit. ¶ Amate dixit vita amoris,in cap. de ſapientia & amore conditione. vii. dicitur ſic. Omnis ſapiens amicus,cōtrarius eſt inimicis amoris. Et quoniā tuus amicus eſt ſapiens quatenus ſemper contrarius fuit gulę,luxuriæ,auaritiæ,ſuperbiæ,& aliis inimicis amoris: velle debes ꝙ tuus amicus viuat vt amorē adiuuet contra ſuos inimicos. ¶ Amate (dixit mors amoris) vita amoris verum non dixit: quoniam cum amicus fugiebat,erat contra concordare & maiorificare amoris: qui ſunt domicelli & ſeruitores amoris,& iuuabat cōtrariari,& minorificare amoris,quę ſunt ſeruitores falſi amoris. quare iuſtū eſt vt amicus cito & continenter per amorem moriatur. ¶ Plures alias conditiones allegauit vita amoris & mors amoris ſimiliter,quod lōgū eſſet enarrare. verū amatus conſiliū habuit ſuper allegationibus amoris quas audiuerat: quoniā ſine conſilio iudiciū dare nolebat. ¶ Conſuluit amatus radices amoris: a quibus quæſiuit quæ ipſarū ſibi conſuleret: vt amicum iudicaret ad viuendū: & quæ ipſarum conſuleret vt ipſum iudicaret ad moriendū. Reſponderunt contrarietas & minoritas amoris,dicētes ad amatū. ꝙ amicus mori non deberet,et ꝙ vita amoris valde bene plures authoritates ſiue conditiones amoris probauerat. omnes aūt radices amoris,dixerunt ad amatū: ꝙ amicus deberet mori per amorē. nā mors amoris hæc valde bene probauit per cōditiones amoris. Cognouitq; amatus ꝙ amicus amicitiam habuiſſet cum minoritate & contrarietate amoris contra ipſum & contra radices amoris. Et ob hoc amatus iudicauit amicum ad moriendum per amorem.

Quomodo amicus moriebatur per amorē. Rub. LXXIX.

INtellexit amicus ꝙ amatus ſuus ipm̄ ad mortē iudicauit: q; cōtrarietatē & minoritatē maledixit, q̄ ſe ingeſſerāt ad rogādū amatū pro eo,quoniā ipſas nō rogauerat,& p ipſas habuit amatus ipm̄ ſuſpectū. ¶ Amicus

confeſſionem petiit: quoniam confiteri volebat generaliter de omnibus ſuis peccatis generalibus. Conſiliarii amoris, orationem adduxerunt: quę confeſſor erat amoris amici per quã cõfeſſum iuit amicus cum contritione/ſuſpiriis/& lachrymis fletibus, humilitate/& timoribus. Sed priuſq̃ confeſſionem audire voluiſſet oratio: hæc verba dixit ad amicum. ¶ Amice (dixit confeſſor amoris) omnis homo q ad confeſſionẽ venit: indui debet & ornari virtutibus/& a ſe abiicere vitia & pctã & firmam ac fortem debet habere voluntatem, nullo tempore ad peccatum quod commiſit nec ad aliud redeundi. inſuper contritionem & dolorem habere debet de pctõ ſuo, & ĩ deo bonam & magnam ſpem, ꝙ ſibi ſua peccata dimittat. Præterea adimplere debet omnia quæ ſibi dabit in pœnitentiã ſuus bonus confeſſor. Et ſi hæc non faciat: ipſi parum valet ſua confeſſio. ¶ Adhuc amicus qui ad confeſſionem venit inquirere debet ſuo intellectu, voluntate, memoria & imaginatione peccata q̃ fecit videndo, audiendo, odorando/guſtando, palpando, loquendo/imaginando, recolendo/intelligendo, & odiẽdo: Et pro quolibet peccato quod fecit magnã debet habere contritionem/dolorem et pœnitentiã: facereq; debet quæcũq; illi iniuncta fuerint pro poſſe ſuo. Et qui huiuſmodi facit confeſſionem: facit confeſſionem quæ eſt per miſericordiam et pietatem amato repræſentata. ¶ Amicus ſe diſpoſuit ad faciendam confeſſionem ſecundũ modũ quẽ dixit confeſſor amoris. Et dixit ꝙ multoties peccauit oculis/ vidẽdo pulchras creaturas in quibus plus lætabatur propter ipſarum pulchritudinem q̃ propter pulchritudinẽ amati, qui ipſas creauit ad ſignificandum ſuas pulchritudines vt amatores ĩn ſuis lætarẽtur pulchritudinib⁹. Item dixit amicus ꝙ ipſe multoties peccauerat auribus contra ſuum amatum: audiẽdo dici malum de ipſo aut de aliqua bona et ſancta perſona: et non reprahẽdendo illos qui de ſeipſis malum dicebant nec excuſando amatum vel aliquam perſonã de quib⁹ audiuerat loqui. Itẽq; multoties iuerat ad ſermones ad audiendum plus pulchra verba

rhetorica & ornata modicę vtilitatis q̄ ad audiēdū verba magnæ vtilitatis & veritatis. Et q̄ñ bona verba dicebāt dormiebat & q̄ñ verba mala dicebant vigilabat. ℭ Dñe cōfeſſor amoris (dixit amic⁹) odores florū & pomorū me recolere fecerūt & imaginari luxuriā & dulcia cibaria: delectabilia ad comedēdū multotiēs me nimis comedere & bibere fecerūt. Et molles lecti & carnes cōtra amatum per tactum me peccare fecerūt: et meam imaginationem nō refrenabā imo ipſā multiplicabā ī imaginādo delectationes temporales et corporales. ℭ Itē dñe cōfeſſor amoris (dixit amic⁹) peccaui cōtra meū amatū memoria intellectu et voluntate. quoniam ſciēter ipſum obliuioni tradidi et ignoratiōi vt recolendo et intelligēdo ipſū īpedit⁹ non eſſem ad ſciēdū vanitates huius mundi quas valde dilexi Et recolui/intellexi et amaui vitia et peccata et non veritates nec bonas operationes. Et propterea manibus malū faciebam et pedib⁹ ibā per plures malas vias: et ore mala verba proferebam et q̄ erant dictu & auditu turpia valde. ℭ Pluribus aliis modis (dixit amic⁹) meum offendi amatū et oīb⁹ meis partibus corporalibus et ſpiritualibus atq; totalitate mei eſſe,/peccaui et deliqui contra meū amatū: ꝓpter qđ cōtritionē habeo atq; dolorē et triſtitiam: et plango/ſuſpiro et ploro /et me ſatiſfactioni ſubmitto et pœnitentię iuxta meū poſſe corporale et ſpirituale ſecundum iudicium tuum. Et quia mei oculi et cæteri ſenſus mei verum meum amatū offenderunt: bonum eſt vt puniātur, et magnā et grauē pœnitētiā ſuſtineant. quoniā de toto hoc quod amatus meus faciet ero contentus et hilaris. ℭ Q̄ñ amicus cōfeſſus fuit: cōfeſſor amoris de amico magnā habuit compaſſionē. qui rogauit amatum vt ipſi ſua peccata remitteret. Et dixit amico ꝙ bonā et magnā ſpē haberet in amato ſuo: ab ipſo impetrandi miſericordiam et pietatem. Et amicus ad amatum tranſmiſit iuſtitiam et pietatem: vt amato dicerent ꝙ contentus eſſet de toto hoc qđ amatus ipſi faceret ſiue ipſum puniendo ſiue ipſi parcēdo. et ꝙ æqualiter habere ſperabat ſuā juſtitiā et miſericordiā q̄ ī ipo ſūt ęq̄les.

De teſtamento amici qui moriebatur per amorem.
Rub.LXXX.

AD vnũ verũ ſcriptorẽ amoris,tráſmiſit amicus quia teſtamẽtũ facere volebat de illis rebus quas habebat in cuſtodia per ſuũ amatũ.primo dimiſit ſuũ corpus vermibus ĩ cibũ.Et puluerẽ corporis terrę vt ipm per plures partes in ventos diſpgeret vt de ipſo nulla extũc fieret memoria:quoniam ipſum frequẽter induerat & ornauerat pulchris veſtibus: vt hoies de hoc ipm laudantes loqrent & vt ipſe ob hoc magnã referret gloriã. ¶Item amicus legauit cor ſuũ cũ deſideriis & ſuſpiriis & ſuos oculos cũ lachrymis & fletibus amatoribus amati & iis qui pœnitentiã faciunt per amorem. ¶Item legauit ſuã imaginationem ad imaginandũ pulchritudines glorię amati ſui & pœnas inferni & turpitudines dæmonũ.¶Item legauit ſuo amato ſuã memoriam: ad recolendum ipſum:& ſuũ intellectum ad ipſum intelligẽdum: & ſuam voluntatem ad ipſum amandũ. & legauit hominibus peccatoribus timores quos habebat de ſuo amato: quia contra ipm peccauit & deliquit. Scriptor igitur amoris/ ſcripſit teſtamentũ encauſto amoris & ĩ charta amoris:& teſtes erãt/radices amoris. Et ſcriptor amoris/teſtamẽtum amici oſtendit amato qui mandauit iuſtitię,legalitati, prudentiæ,fortitudini & charitati vt eſſent executores bonorũ & teſtamẽti amici ſecũdũ voluntatẽ quã habuit tempore quo ſuũ condidit teſtamentũ.

De oratione quã amicus fecit in morte.
Rub.LXXXI.

AMicus tranſmiſit ſpem/miſericordiã & pietatem ad ſuũ amatũ:vt ipſum rogarẽt placare radices amoris ne occiderẽt eũ:quouſq ſuã feciſſet orationẽ,quoniã oratio eſt nuncia quę affert ab amato gratiã & indulgẽtiã ad amicũ. Conſenſitq amatus q amicus nõ moreretur quouſq ſuã feciſſet orationẽ pro volũtate ſua,ſub tali tamẽ cõditione vt ipſam faceret cũ ſanctitate. ¶Ornauit ſe amicus quantum potuit ad rogandũ & orandũ ſuũ amatũ.quoniã homo q orat

et rogat tã nobilẽ & potẽtem amatũ: valde ornatus eſſe debet in ſua oratione. Et qui moritur: nõ debet eſſe negligẽs ad rogandũ dominũ. quoniã vltra finẽ vltimũ ſiue mortẽ: nõ eſt aliqua confortatio, nec remediũ ad rogandũ dominũ vel aliquẽ aliũ, ſi ille qui moritur in mortali peccato moriatur. ¶ Humiliauit amicus ſuũ corpus & flexis genibus leuauit ſuũ cor in ſuſpiriis ad amandũ ſuũ amatũ, & ſuã memoriã ad recolendã miſericordiã amati ſui, & ſuũ intellectũ ad intelligendũ iuſtitiã eius. & ſuas manus ad cœlũ leuauit: ad ſperandũ ſeu expectandũ gratiã & miſericordiã. Et ſuos oculos leuauit cũ fletibus & lachrymis ad cœlũ: vt ab ipſo deſcenderet aqua miſericordiæ quæ ipſum mũdaret a peccatis. qui dixit ad amatum hęc verba, tota maiori veritate & humilitate, quibus ipſa dicere poterat. ¶ Amate (dixit amicus) oratio eſt petitio quam homo tibi facit vt ſibi des gloriam & beatitudinem & vt ſibi ſua remittas peccata. Et q a te q̃rit beatitudinẽ & gloriã æternam: maius donũ q̃rere nõ poteſt. Et qui de ſuis peccatis q̃rit a te miſericordiã oportet ꝙ ipſam q̃rat cũ contritione & dolore, & pœnitentia de peccatis ſuis. Et ideo amate ego non ſum dignus quęrere a te hæc duo dona tã magna: quoniã paruus ſum per peccata, per natiuitatẽ & naturã, propter q̃d nõ peto ſecundũ cõparationẽ mei ſtatus; quoniã dignus nõ ſum a te tã magna dona recipere. Sed tu amate qui das ſecundũ honorem tuũ dignitatẽ: des mihi gloriã & beatitudinẽ æternã. & mihi omnia magna peccata remittas, ſecundũ tuas conditiones & non ſecũdũ meas: gloriã & beatitudinẽ a te quęro ſuſpirando & plorando & te recolendo, intelligendo & amando & miſericordiam quęrendo. ¶ Amate (dixit amicus) ſecundum tuam magnam bonitatem, proprietatem habes ad danda magna & non parua, & ſecundum tuam magnam miſericordiam magis tibi proprium eſt remittere maiores iniurias, culpas, & peccata q̃ minores. Et ideo amate, licet paruus ſim per merita / & magn⁹ peccator per magna & plura peccata: meas tamen exaudi orationes ſecũdũ cõditiones tuas & nõ ſecũdũ

meas. Amate/ ratio/iuſtitia & veritas/ me cogunt amare tuũ iudiciũ ſiue me cõdemnare velis ꝑpter mea peccata ſiue mihi velis ꝑcere & peccata mea remittere. Et ideo me ſubmitte ad amandum quicquid volueris: me ſaluando aut iudicando. Et ſi ego amate, a te peto paradiſum: ipſum peto per tuam bonitatem, miſericordiam & largitatem. Et ſic quia natura, iuſtitia & ratio me deſiderare faciũt vt te in gloria videam/laudẽ/amem ac honorem: natura boni me deſiderare facit tuam gloriam/& odire pœnas infernales quę damnatos impediunt ne te videre poſſint neq; laudare ſeu honorare. Et ideo amate tu non debes accipere in malũ & vituperiũ. ſi a te tuum amorem & gloriam peto: vt te videre poſſim & amare, laudare, & benedicere æternaliter ſine fine. ¶ Amate glorioſe & qui plenus es bonitate/ſi ius eſſet & ratio a te veniam non petere: tua miſericordia eſſet ocioſa in hominibus peccatoribus, & ſpes quam das hominibus peccatoribus qui a te miſericordiam petunt & pietatẽ: eſſet falſa & vitioſa & non eſſet vera nec virtutis plena. Et ſi nullus homo a te gloriã petere deberet in te eẽt ocioſa largitas tua & charitas. Et quia hoc eſſe non poteſt: qđ mirum ſi vnus homo peccator a te petit tuũ amorem, tuam miſericordiam & veniam? ¶ Amate in cap. de oratione quod eſt de prouerbiis Raimundi, legitur ꝙ qui quęrit magnũ bonum magnum amorem habere debet ad bonitatem domini, a quo magnũ bonum petit. & ibidem legitur ꝙ qui quęrit durationem magni boni: durare faciat ſuam orationem. propter qđ modo in puncto meæ mortis tibi do meum amorem ad amandam bonitatem tuam. Et ſi me permittas viuere vſq; ad mortem: te adorabo, laudabo & benedicam. Et poſt q̃ meũ poſſe facio per orationem: ratio & ius requirit, vt tu amate mihi des donum tuum, & veniam de peccatis meis. qđ ſi non faceres: ego eſſem magis iuſtus in rogando te & amando, q̃ tu in dando & miſerendo, quod eſſe non poteſt. & quia hoc eſſe non poteſt: deſperare non poſſum de tuo dono & venia. ¶ Amate in omnibus bonis abundans, tu dediſti mihi eſſe, & eſſe quidẽ

humanū quod eſt optimum eſſe creatum q̄d eſſe pōt,excepto eē angelico.Et humano eſſe dediſti omnia corporalia ad ipſū ſeruiendum.Et hoc mihi donum adeo magnum dediſti ī hac vita/q̄d a te non petii:tu tamen per tuam largitatem/gratiam & amorem hoc donum quod eſt eſſe humanum/mihi dare voluiſti.Sed ſi tu amate mi modo in pūcto mortis mihi non des veniam de peccatis & paradiſum:cum te deprecor/ tuam quęrens miſericordiam quantum poſſum: tu maior donator fores ſine precibus q̄ cum precibus quas tibi facio tuam quærens miſericordiam.Et donum dares in hoc mūdo:in quo tātum non valet q̄tum in alio.et mutatus eſſes & alteratus de tuis bonis & magnis operatiōib⁹:quod vlla ratiōe credere nequeo.Vnde nō eſt mirum ſi a te peto donū & expecto ſiue ſpero veniam,per tuum amorem & gratiā.❡Potēs amate (dixit amicus) ſi a te donum tibi quęrerem q̄d mihi dare nō poſſes: quid mirum eſſet/ſi illud mihi non dares poſt q̄ dare non poſſes?Sed ęque facile tibi eſt/mihi gloriam dare & remittere peccata immo ſine comparatione facilius:q̄ mihi petere & ſperare a te donum & miſericordiam.Et propter hoc amate mi/remitte peccata mea:nec reſpicias cui das aut remittis: ſed reſpicias quātū decet te et tibi cōgruit dare & remittere.❡Virtutis plene (dixit amicus) amate,tu datus es mihi ad te recolendum & intelligendum:& ſi tu mihi non dares te ad amandum vt in alio ſæculo per me ſis amatus/ cum in hoc ſæculo tu datus ſis mihi inquantum me facis te recolere & intelligere & amare:maior dator fores in hac vita per amorem,q̄ in alio in quo te amare non poſſem ſi in hac vita mihi remittere nolis. Et plus diligeres in hac vita intelligi & recoli q̄ in alia in qua per me non vis amari/ſed tantum recoli & intelligi ſi ſim damnatus.quod eſſe non poteſt:quoniam nec tuæ virtutes nec tuus amor hoc requirūt.propter quod omnino ſpem habeo in te:ꝙ mihi des gloriam & ꝙ mihi remittas pc̄tā mea ad meam voluntatem.❡Plures alias rōnes & oṙones voluit amicus dicere ad amatū:ſed timuit ne ſui inimici ipſum co

ram amato accuſarent/contra ſe falſum teſtimonium dicentes/ꝙ ipſe prolixam orationem faciebat vt vitam ſuam prorogaret:propter quod ab oratione ſua ceſſauit & ſuum os aperuit qui ſpiritū credidit emittere/& mori per amorem.

Quomodo amicꝰ mori non potuit.
Rubrica. LXXXII.

DLorauit amor:qm̄ credidit ꝙ amicꝰ ſuꝰ moreret̄ cum ipſum videret ſuum os aperire: & plurimæ radices amoris plorauerūt:quoniam magna cō paſſiōe motę ſunt ſuper amico qui iudicatꝰ fuerat abſq; iniuria quā cōtra amorē minime commiſerat.ſed quando domina vita amoris vidit ꝙ amicus adhuc viueret:rogauit prudētiā vt ſibi iuuamini eſſet & cōſuleret an iuuare poſſet amicū.quoniā magnū damnum eius mortem ſequeret̄. Cui prudētia reſpōdit dicēs hæc verba. Si amicus tam fortiter amat vt per amorē moriat̄ & recolat bonitatem amati/& malum & labores quę ſuſtinet per amorē det obliuioni:bonitas ipſi bonū facit per amorem quoniam de natura boni amoris eſt ꝙ bonū faciat amico/ dū ſuum bonū amatum recolit.dum bonitas bonū facit amico/ mors amoris amicum occidere non poteſt niſi malefaciat.ſed facere non poteſt:poſtq̄ bonitas amoris ipſi bonū facit. ¶Item ait prudentia/amicus qui delectatur & habet patiētiam ī ſuſtinendo labores & languores per amorem:mori nō poteſt per amorē.quoniam ſua delectatio & patientia/ipſum iuuant cōtra mala amoris:cū ita ſit ꝙ delectatio det qetem,et patientia ſit virtus q̄ oīa vincit. ¶In cap.de creatione & amore.v.conditione legitur/ꝙ falſus amor durare non pōt.Sequitur ergo (dixit prudētia ad vitā amor) ꝙ vitā verꝰ amor dare pōt. Et ideo dixit: amicus/q verum amorē habet & recolit qui eſt verus amator & verum habet amatum mori nō poteſt: quoniā veritas amoris virtutem habet contra mortē per virtutē veri amati. ¶In cap.de poteſtate & amore.xiiii.conditione legit̄

ꝙ minor poteſtas amoris maiori reſiſtere nõ põt: cũ ita ſit ꝙ maior poteſtas amoris ſemper vicit minorẽ. Et ideo amicꝰ qui habet maiorẽ poteſtatẽ amoris: mori nõ poteſt. qm̃ maior poteſtas amoris ipſum ſuſtinet contra amorem. ¶ In cap. de ſapientia & amore ſecunda conditione legit̃ ſic. ꝑ falſũ & vitioſũ amicũ: nullus amatꝰ amari deſiderat. quare ſeqtur ꝙ ſi diſcretus ſit amatus: amat vt ſibi ſeruiat & ſe diligat; amicũ ſuſtinet ꝙ per ſuum amorẽ non moriatur. ¶ In cap. de voluntate & amore ĩ. vi. conditione ſcribitur ſic. In volũtate quę reſiſtit magno amori nõ eſt cõcordantia amici & amati. & ꝓpter hoc (dixit prudentia) amicus qui magnã habet cõcordantiã cũ amato ſuo: ipſum iuuat ad viuendum. ¶ In cap. de virtute & amore conditiõe prĩa ſcribitur ſic. virtus/veritas & amor ſũt diuitiæ & theſaurꝰ amici & amati. Et propter hoc (dixit prudẽtia ad vitã amoris) ſi amicꝰ habeat virtutem, veritatem & amorem: ipſum iuuant contra mortẽ quę ipſum vult interficere quoniam virtute ſe defendit a vitiis, & veritate ſe defendit a falſo amore, & amore ſe defendit ab ira & odio. ¶ Itẽ dixit prudentia. In cap. de veritate et amore legitur, ꝙ veritas minoris amoris, falſum timet hominem. quapropter ſignificatum eſt ꝙ in amico qui ſuum habet amatum: inquantum amatus deſiderat diſcrete ſibi ab amico ſeruiri & amari: maior amor falſum non timet hominem. quare ſequitur ꝙ ſicut amicus maiorem amorẽ habet ad amatum ſuum: ſic nec oportet ꝙ timorẽ habeat de aliquo. ſed poterit eſſe audax pugnator & per ſuam audaciam fortis contra mortem cum audacia magnam vim ꝑbeat. ¶ Præterea ait prudentia ad vitam amoris, in capitulo de gloria et amore conditione ſecunda legitur ſic. abſq; concordantia amici et amati nemo poteſt magnam habere gloriam. Sequitur ergo ꝙ ſi amicus magnã habeat concordãtiã cũ amato ſuo ꝙ per magnã concordãtiã magnã habebit gloriã, et ꝑ magnã gloriã magnã habebit quietẽ contra pœnam, et per magnam quietem reſiſtet pœnę mortis quæ ipſum interficere poterat. ¶ In capitulo de differentia

et amore conditione.viii.dicit ꝙ non poteſt eſſe minor amor in amico qui non facit differentiã inter bonũ & malum quæ ſibi accidunt per amorem.quapropter ſi amicus delectatur in ſuſtinendo malũ quod ſibi euenire cõtingit per amorem ſicut delectatur in habendo bonũ per amorẽ:labores amoris ipſum occidere nõ poſſunt.cũ ita ſit ꝙ mors ſine pœna neminem interficere poteſt.¶Item ait prudentia:ad vitam amoris in cap. de concordantia & amore cõditione vltima legitur ſic. de mi nori amore minor eſt cõcordãtia amici & amati:& ideo ſi ami cus magnũ habeat amorem: magnam concordantiã habebit cũ amico & amato,per quã amatus & concordantia amicum ſuſtinebunt contra mortẽ quæ ipſum interficere non poteſt. ¶Itẽ(ait prudentia) in cap.de contrarietate & amore condi tione.iiii.ſcribitur ſic. Maior contrarietas amici & amati,eſt peccatum.& ideo ſi amicus ſtudioſus ſit & ſine peccato:mors ipſum occidere nõ poteſt. quoniam non habebit quo ipſum occidat: nam ita eſt/ ꝙ contrarietas ſit inſtrumentum quo mors ipſum interficit.¶Item ait prudentia in cap. de princi pio & amore conditione prima legitur ſic: quilibet bonus & magnus amator,amare principiat in medio amoris. quapro pter ſi amatus ſuum amare principiat in medio loco amoris: mors amicũ capere non poteſt nec ipm auferre ab amato ſuo. quoniam mors intrare non poteſt in mediũ amoris ad occidẽ dum amare amici.Sed occidit amare quod eſt in extremitati bus amoris:et poſtq̃ mors amare quod eſt in medio amoris tã gere nõ poteſt:amicus mori non poteſt:cũ nullus amicus mo ri poſſit dum ſuum vniat amare. ¶Præterea (dixit pruden tia)in cap.de medio et amore conditione prima datur doctri na per quam amicus morti reſiſtere poteſt. quoniam ſi ama re ſuum ſtare faciat in medio loco amoris:erit ſolatium amo ris inter ipſum et amatum ſuum.¶Item (ait prudentia) in cap.de fine et amore:datur doctrina per quam amicus fuge re poteſt a morte.quoniam ſi amicus cito mittat ſuum ama re ad amatum ſuum, et ſuum recolere et intelligere: tunc

amicus cito vadit vt ſit cum amato ſuo. et ſi cito properat vt ſit cum amato ſuo: mors ipſum in via capere non poteſt. ſed ſi pigre & negligēter vadat vt ſit cū amato ſuo: mors ipſum faciliter capere & interficere poteſt. ¶Item ait prudētia. in cap. de maioritate & amore conditione .ii. datur doctrina per quā amicus fugere poteſt a morte videlicet vt ęqualificaret oēs ſuas virtutes & oēs ſuas poteſtates ad amādū amatū ſuū. ſed ſi amicus p vnā virtutē habeat maiorē amorē & p aliā minorē: quietē habere nō poteſt in amare. qm̄ per minorē amorē/haberet laborē & cōſcientiā q̄ ipm̄ tā vehemēter angerēt, vt mors ipm̄ occidere poſſet. ¶Item ait prudētia in cap. de æqualitate & amore vna cōditiōe datur doctrina qua amicus poteſt mortem euadere. quoniā ſi amicus æqualificet in amare ſuū intelligere & recolere, cū quibus æqualiter cōſideret altitudines & nobilitates amati ſui: tunc fortificatus erit & ſuſtentatus cōtra mortē per amatū ſuū. ¶Omneis p̄dictas doctrinas & plures alias dedit prudentia vitę amoris: ita vt ipſas amico oſtenderet. quoniā per ipſas poſſet mortē euadere. quas vita amoris dixit amico: qui totū illud fecit qđ vita amoris ſibi dixerat & ſe docuerat, vt diu viueret ad ſeruiendū ſuo amato.

Quomodo amicus ſpirabat & mouebatur. Rub. LXXXIII.

Viuebat amicus nec mori poterat pro re quā domicellę amoris illi inferrent q̄uis ei dederint venenum amoris qđ amatores interficit per nimiū amorem. ¶Valde miratę ſunt domicellæ amoris: eo ꝙ amicus mori nō poterat & mors amoris a ſapiētia quęſiuit vtrum ſibi aliquid poſſent oſtendere per quod amicū poſſent interficere. Cui reſpondit ſapientia ſic. filia mea prudentia docuit amicum mediante vita amoris: per quid mori non poſſit. ſed ego qui plus ſcio q̄ ipſa/modum ſcio per quem poteris amicū interficere: & tunc mors amoris fortiter ſapientiā rogauit vt ſibi illum modū oſtenderet/per quē poſſet amicum interficere ſeu per dolorem ſeu per delectationē amoris. ¶Mors amoris (dixit ſapien

tia) ſi domicelli amoris huc & illuc per mũdũ amicũ ducerẽt & mala quæ per peccata fiunt illi oſtenderent: tũc amicus dolorem haberet & tam magnam diſplicentiam vt propter dolorem & diſplicentiam ipſum mori oporteret: quoniã ſuſtinere non poſſet dedecus quod videret fieri amato ſuo: nec curſum hominũ quem continue faciunt ad infernũ. Vnde ſicut ſapiẽtia dixit ad mortem amoris: ita mors amoris dixit domicellis amoris, qui amicum per mũdũ duxerunt: iuit huc & illuc vt videret & audiret mala & vituperia quæ homines peccatores contra amatum faciunt & committunt. ¶Domicelli amoris auditis iis quæ ipſis dixerat mors amoris amicum per mũdũ duxerunt: qui plures vidit pauperes qui fame/ſiti/infirmitate & frigiditate quaſi moriebãtur petentes eleemoſynam ab hominibus diuitibus & auaris ac vane glorioſis, qui illis oſtendebãt ſuos theſauros, horrea, cellaria, equos, veſtes, cameras, aulas, curias & caſtra ſua: quos deus in hoc mundo multum permittit honorari & eis ſeruiri. quibus viſis & pluribus aliis: amicus valde magnũ dolorem habuit de pauperibus & compaſſionem. & maxime quia ſuus amatus per homines diuites auaros & vane glorioſos erat inhonoratus & parum vel nihil amatus. vnde propter triſtitiam & dolorem quem habuit de prædictis: eius infirmitas multiplicabatur. ¶Domicelli amoris amicum duxerunt ad quandam terram in qua vt plurimum luxuria exercebatur: & hoc pluribus modis. qui videbat fœminas ſua capita pectere & ſe ornare ſecundum ꝙ moris eſt talium fœminarum: vt homines, ipſas cuperẽt & cum illis luxuriam facerent. qui etiã deceptiones vidit & audiuit: quas plures malæ fœminæ ſuis maritis faciebant. & hoc idem vidit ſuo modo & audiuit, de viris quod contra ſuas vxores faciebant. ¶Item domicelli amoris amicum duxerunt per palatia/aulas/& menſas vbi homines diuites nimis comedebant & potabant. & qui ianitores tales faciebant qui homines pauperes portam intrare non permitterent, immo ipſos baculis percutiebant. deinde amicum duxerunt per homines ſu-

perbos,pigros,& ocioſos,inuidioſos,& iracundos: qui tanta vidit mala & peccata vt ſe totum infirmum ſentiret, propter diſplicentiam quam habuit videndo & intelligendo tot & tã ta vitia. ¶Item domicelli amoris amicum duxerunt per cu rias regum & magnatum in quibus vidit plures iniurias,plu res falſos iudices & aduocatos. Et ipſum duxerunt per plura loca in quibus erant plures hypocritæ. Iterum duxerunt ami cum per multas terras in quibus habitabãt multi idolatrę & infideles qui in CHRISTVM non credebant. Præterea ipm duxerunt ad quandam ciuitatem in qua erãt plures homines literati qui veritatem de deo ſciebant: ipſam nolẽtes oſtende re errantibus qui infideles moriuntur & hęretici, propter de fectum ſanctę doctrinæ & credulitatis. Et cum amicus tot tã taqꝫ peccata vidiſſet inter gentes quæ ſuum amatum nõ ama uerunt: ſuſpirauit & fleuit amare, & ſe mori credebat præ do lore amoris. & domicelli credebant qꝫ mortuus eſſet quouſ qꝫ amicus flendo dixiſſet ad amatum. Ah amate mi/ Ah mi amate: quare mundum dereliquiſti: qui quaſi totus perdi tus eſt & adnihilatus! ¶Domicelli amoris qui viderunt qꝫ a micus adhuc mortuus non eſſet: ipſum per terras duxerunt per loca bellorum in quibus committuntur ſtrages ac homi nũ certamina, vt homines ſe mutuo perimentes mori vide ret in bellis per ſuperbiam & vanam gloriam. quibus viſis: adhuc amicus mori non potuit. Deinde ipſum duxerunt ad portam paradiſi & ad portam inferni: qui tunc vidit qꝫ pa radiſum intrauerunt decem animæ & infernum mille. tunc amicus miro modo ſuſpirauit: qui dixit dæmonibus qꝫ ma gnã poteſtatem habebant ſupra homines, & magnum popu lum in inferno poſſidẽt qui ſuum blaſphemant amatum. Ve runtamen adhuc amicus mori non potuit: quoniam doctrina quam accepit a prudẽtia ipſum iuuabat & ſuſtinebat adeo vt adhuc mori nõ poſſet. ¶Domicelli & mors amoris admirabã tur valde: quare amicus mori nõ potuit, poſtq̃ tãtũ ſuũ ama uit amatũ & bonũ publicũ. Vnde mors amoris ad ſapiẽtiã ait

ꝙ ſibi aliud conſilium daret per quod amicum īterficere poſ-
ſet: quoniam per doctrinam quā ſibi tradiderat ipſum inter-
ficere non valebat. ¶ Mors amoris (dixit ſapiētia) dicat domi
cellis amoris vt amicum ducāt in Hieruſalem per totam illā
terrā ſanctā: cui oſtendāt templū Dauid & tēplū Salomonis.
& tunc morieṫ. Domicelli amoris duxerūt amicū ad ſanctā ci
uitatē Hieruſalē qui cū ſctām ciuitatē Hieruſalē vidiſſet et ſe
pulcrū dn̄i nr̄i IHESV CHRISTI. & vidiſſet templum Da-
uid & Salomōis atq; recoluiſſet ſanctā vitā ſanctorum hoīm
qui perempti ſunt & mortui per amorem: tātum ſuum ama
re multiplicauit / ſuſpirauit & fleuit ꝙ amare ſuum ſuſpiria
& fletus ſuſtinere non poterat: nec doctrina quam ſibi tradi-
derat prudentia: ipſum iuuare poterat. Et tunc per vim amo
ris & recordationis paſſiōis & mortis dn̄i nr̄i IHESV CHRI
STI: ſic clamauit / Ah ſanctitas / ah amate / ah amor, ah amare p
catis domicellis amoris q me duxerunt ad hanc terram vt ſic
moriar. & cōmeatum accepit a morte amoris: et tūc ſuum os
aperuit & ſpiritum emiſit.

De ſepulcro amici q mortu⁹ ē p amorē. Rub. LXXXIIII.

Cum amicus ſic per amorem mortu⁹ eſſet: domicel-
li amoris ipſum lachrymis lauerunt / quas emiſe-
rat p amorē / & quas memoria amoris cuſtodiuerat.
& ipſum inuoluerunt ſindone alba: ad ſignificandum ꝙ ami-
cus mundatus erat a ſuis peccatis. Iterum inuoluerūt ipſum
ſindone rubra: ad ſignificandum ꝙ amicus martyr erat per
amorē. Iterū inuoluerunt ipſum panno purpurę aureo: ad ſi
gnificandum ꝙ amicus fidelis erat amato ſuo & amori / & p
batus ab ipſis. Deinde corpus amici poſuerunt in lecto patiē
tiæ & humilitatis: qui cū cæreis amoris illuminatis ipſū por
tauerunt ad templum amoris. ¶ Cum corpus amici fuerat
in templo amoris: vita amoris, ſanctitate & virtutibus indu-
ta cantauit & dixit orationes. quia anima amici iuerat &
tranſiuerat ad veram vitam: vt perpetuo eſſet cum ſuo ama-
to. Et radices amoris / vice amoris reſponderunt: et amoris

domicelli/cęreos ardentes tenuerunt. ℭ Valde magna & ſolē
nis oratio facta fuit ad ſepulturam amici: & vita amoris prae
dicauit, quae valde amicum cōmendauit & narrauit dolores
& labores: quos amicus per amorem ſuſtinuerat/ſicut bonus
& magnus amator. Et propter magnas laudes quas narrauit
& praedicauit de amico: dominae & domicelli amoris plora
bant: quia de morte amici magnam compaſſionem habebant
& dolorem: quoniam omnes in mortem ipſius conſenſerant.
ℭ In q̄dā pulchrū vas amoris glorię & veritatis/humilitatis
& pietatis: domicelli amoris, corpus amici poſuerunt q̄ eius
pallia cęreos & lectum de derūt pauperibus qui magis & for
tius per amorem eleemoſynam petierūt q̄ propter aliquam
neceſſitatem comedendi ſeu dormiendi. ℭ Supra vas & lapi
dem amoris, domicelli hunc titulū ſcripſerūt. Hic iacet ami
cus propter amatum ſuum & amorem mortuus: talis amic9
qui ſuum amauit amatum/bono magno et durabili amo
re. Amicus qui fuit fortis pugnator per amorē et qui magnā
habuit diſcretionem et ſapientiam in amando et honorando
ſuum amatum, talis amicus qui dedit amato et amori totam
ſuam voluntatem, virtutem et totum tempus ſuae vitę. Ami
cus qui verū habuit amorem abſq; hypocriſi et vana gloria.
Amicus qui differētiam non fecit inter delectationes et labo
res propter amorem: quoniam omnes ipſi erant acceptabiles.
Amicus qui concordantiam habuit et ſolatium cum amato
ſuo per amorem: et qui reſtitit falſo amori et falſis amatorib9.
Amicus qui principiauit plures bonas operationes ad hono
randum amatum ſuum et bonum amorem. Amicus qui in
medio loco amoris ſemper habuit ſuū recolere: intelligere et
amare ad ſuum amatū et amorem. Amicus qui totum hoc
quod faciebat et dicebat ratione finis amoris qui eſt finis ama
tus faciebat et dicebāt. Amic9 qui ſemper q̄ſiuit maiorē amo
rem et fugit a minori. Amicus qui ſuum aequabat recolere in
telligere et amare in ſeruiēdo: honorādo: et laudando amorē
et ſuum amatū. Amicus/humilis/patiens/ legalis/ audax/be

ne moratus, largus/ ſanctus, & plenus omni bono & qui informauit & illuminauit plures amatores ad honorandum ſuum amorem/ amatum: & amare. ¶Quando domicelli amoris titulum ſcripſerant: & literas cum deſideriis ſuſpiriis & fletibus amoris deauraſſent: omnes cum radicibus amoris dominam amoris deduxerunt/ vſq; ad domum in qua amicus per amorem mortuus fuit: quæ plorabat & plãgebat amicũ quem multũ amauerat/a quo diu erat honorata.

De conſolatione dominæ amoris.
Rubrica. LXXXV.

Bonitas & magnitudo venerunt ad cõſolandam dominam amoris: quæ ſuum amicum amiſit, & plorando dixit hæc verba. Heu me triſtis et doloroſa: quando erit tempus in quo habere potero tam bonũ & tam magnum amare in tam bono & magno amatore: vt habui in iſto amico quem perdidi: & qui propter me mortu9 eſt. quoniam ego abſq; bono & magno amare nõ poſſum eſſe bona neq; magna: nec amato acceptabilis. Et quando paruum habeo amare: ſum in ocio poſita: quod me vehementer torquet et malis omnibus replet: ſed quãdo meus amicus viuus erat: ego in ipſo habui tam bonum & tam magnum amare, q; die noctuq; in bonis erã cogitationibus & magna bona facere deſiderabam propter amatum meum. ¶Domina amoris (dixerunt magnitudo & bonitas) tuus amatus valde/bonus eſt & magnus propter qd ipſe requirit habere plures bonos & magnos amatores: quoniã vnus bonus & magnus amator tantũ nõ ſufficit ad ipſũ amandum. & ideo non debes eſſe triſtis & deſolata propter mortem amici tui: quoniam valde bene mortuus eſt: & cum magno honore tui & amati: qui eius animæ magnum bonum facit in gloria: & amatus vult q; nutrias vnũ alium nouum amatorem: a quo tantum ametur quantum ab

illo amatus eſt pro quo ſuſpiras & ploras, et ꝙ ipſe tam bonã vitam faciat et mortem ſicut amicus iſte fecit qui mortuus eſt:et facias vnum alium amatorẽ & ſic ſucceſſiue de vno bono amatore ad alium, vt amatus in gloria et tu ſitis pluribus bonis & magnis amatoribus concomitati. ¶ Duratio & poteſtas venerunt ad conſolandum dominam amoris: cui dixerunt hæc verba. In capitulo de gloria & amore quæſtione prima fit quæſtio de amico ad amorem, qua quærebat ab amore, Quo eſt plenus? cui reſpondetur in capitulo de gloria & amore conditione prima ꝙ amor eſt plenus duratione & poteſtate amoris. Et ideo domina amoris poſtq̃ plena es duratione & poteſtate amoris: per tuam poteſtatem, amorificare poteris vnum nouum amatorem, ad amandum tuum amatum:et ꝙ ipſi facias ſuum amare durare: vt ſuum amorem multiplicet in magnitudine bonitatis/ſapientiæ et veritatis. Et propter hoc domina amoris (dixerunt poteſtas et duratio) propter bona et valores quæ ſunt in te debes habere conſolationem: et nos conſolare qui triſtitiam et dolorem habemus propter tuos fletus et dolores. ¶ Tacuit domina amoris quæ ſuum caput inclinabat, nec approbauit conſolationes quas ipſi fecerunt bonitas et magnitudo. Et tunc venerunt ſapientia et voluntas ad dominam amoris quæ ipſam conſolari voluerunt his verbis. In cap. de ſapientia et amore quæſtione octaua legitur ꝙ amicus quæſiuit ab amato vtrum tantum amabat philoſophiam amoris: q̃tũ philoſophiã ſapientiæ: cui reſpondetur in octaua conditione de ſapiẽtia & amore: ꝙ amatus ita dignus eſt vt ſit amatus per philoſophiam amoris, vt eſt dignus vt ſit cognitus per philoſophiam ſcientiæ. & in capitulo de voluntate & amore quæſtione ſeptima legitur ꝙ dominæ amoris ab amico quæſiuerunt qd principiare faciebat amare in ſua voluntate. cui reſpondetur in capitulo de voluntate et amore cõditione ſeptima ꝙ dare obliuioni labores

amoris & amatũ deſiderare: ipſum faciebant principiare ama re quo ſuum amabat amatũ. & propter hoc domina amoris (dixerunt ſapientia & voluntas) oportet ꝙ tu habeas conſo- lationẽ: nec cũ cõſolatione & ſolatio plures facias amatores in quibus principiari non poſſit amare cũ dolore & triſtitia ſed cũ ſolatio amici & amati: et ſi tu cõſolationẽ habere nolueris/ ſed ſtare volueris in odiẽdo mortem tui amici: quando velles amare aliũ amatorẽ vel nutrire, ipſum amare neſcies vel nu- trire. neq; ſcies in aliquo amatore, amare principiare: quoniã tantũ aſſueta eris ĩ fletu, ꝙ cõſolationẽ aliquã habere nõ pote ris neq; de triſtitia & dolore eximi. ¶ Virtus & veritas vene- runt ad conſolandã dominã amoris quæ ſuũ amicũ plorabat, cui hæc verba dixerũt. Amoris domina (dixit virtus) in cap. de virtute & amore quæſtione prima legitur ꝙ amatores ab amato & amico quæſierunt, de quo viuebat eorum amicitia: quibus reſpondetur in cap. de virtute & amore. l. conditio- ne, ꝙ viuebant de ſolatio & delectatione. & propter hoc tu domina amoris, plorare nõ debes neq; triſtari de hoc qđ tuus amatus fecit de amico: quoniam ipſe ſuus erat & eſt & fecit & facit ad ſuã voluntatẽ. Domina amoris (dixit veritas) in cap. de veritate & amore quæſtione prima, legitur ꝙ amic⁹ a ſuo amato quæſiuit: quare tam pauci homines ĩ gloriã ſuã intra- uerunt: & tot homines tendunt ad infernũ? cui reſpondetur in cap. de veritate & amore cõditione prima. vbi oſtẽditur ꝙ ita pauci homines intrauerunt ĩ gloriã amati & tot homines tẽdũt ad infernũ: quia plures homines in hoc mũdo ſunt qui falſe ſuam gloriã diligũt q̃ qui ipſam vere diligunt. quoniam plus ipſam diligũt vt ipſam habere poſſint & vt nõ intrent in infernũ: q̃ vt bonitatẽ amati & eius nobilitatẽ videãt/ laudẽt/ & honorent. & ideo tu domina amoris (dixit veritas) apparẽ- tiã ꝑ te fers ꝙ ſis de falſis amatricibus: quia nõ vis cõſolationẽ recipere in amato. quia q ipm amat propter ſuã bonitatẽ/ ve ritatẽ/ & virtutẽ: omniũ bonorũ habet cõplementũ, nec indi- get aliquo. ſed nõ videtur mihi ꝙ tu ſis talis: quoniã plorare

non deſinis nec vis conſolari. & videtur ꝙ tu cogitas/ꝙ domi nus & bonitas ſua tibi ſufficere non poſſit. Multũ pungebant cor dominę amoris verba quæ virtus & veritas ipſi dixerant: quæ timuit ꝙ de ſua deſolatione ſuus amat⁹ nõ eſſet cõtẽtus. verũtamẽ abſtinere nõ potuit quin fleret & plãgeret ſuũ amicũ, qui mortuus erat propter ſuũ amorẽ. ¶Amoris domina (dixit gloria) qui nõ vult cõſolari de volũtate amati: non poteſt cũ ipſo eſſe in gloria. ¶Domina amoris (dixit differẽtia) non es ſimilis amico qui tantũ cõſolabatur in laboribus quos ſuſtinebat propter amorẽ, quãtũ cõſolabatur in delectationibus & oblectamentis q̃ ſuſtinebat per amorẽ. ¶Domina amoris (dixit cõcordãtia) poſtq̃ anima amici, cõcordantiã habet in paradiſo cũ amato ſuo/quare in hoc mũdo es cõtraria amato & amico? ¶Domina amoris (dixit cõtrarietas) qui patientiã nõ habet ſub volũtate amati/mecũ ſtat cõtra amatũ in labore. ¶Domina amoris (dixit principiũ) tu quæ amare principias cũ delectatione & ſolatio ipſum mori non permittas in labore & triſtitia. ¶Mediũ amici & amati (dixit domina amoris) ꝙ ſalutationẽ ſuã nõ portaret ad amatũ ſuũ, ſi patiẽtiã & conſolationẽ nõ haberet de omni eo quod facit ſuus amatus. ¶Finis dixit dñę amoris: ꝙ ſua quies nõ eſſet ex quo de operationibus amati nõ erat conſolata & hilaris. ¶Maioritas dixit dñę amoris: ꝙ ille maius meritũ habere poteſt ꝑ cõſolationẽ: qui maiora damna recipit. ¶Domina amoris (dixit æqualitas) ille neſcit bona & mala æquare: qui ſuſtinet propter amatum, qui non vult conſolari nec patientiã habere. ¶Minoritas dixit dñę amoris: ꝙ ipſa volebat eẽ ſua vicina & cognata poſtq̃ impatientiã habuit. ¶Domicelli amoris dixerũt dominę amoris/ꝙ ipſi ſeruire noluerant dñæ quæ plorabat de hoc de quo ridere deberet. Plura alia verba dixerũt radices & domicelli dominę amoris: vt conſolationẽ acciperet. Et dña amoris tunc dixit ꝙ ipſa plus amiſerat per ſuã deſolationem: q̃ per mortem amici. & ideo ex'tunc cõſolari vellet & gaudere de toto hoc quod ſuus amatus de ſuo amico faceret.

De floribus amoris.

Pars.VI. Rub.LXXXVI.

FLores amoris ſunt tres:videlicet altitudi-
nes/laudes/ & honores amati in quo ani-
ma amici gloriã habet.& ratio quare poni
mus hęc tria pro floribus in hac arbore eſt
vt doctrinã dem⁹.ad amorificãdũ amare
ſiue amationẽ altitudinũ/ laudũ & hono-
rũ amati. quoniã per talẽ amorificationẽ principiatur amare
& multiplicatur & nutritur bonus amator.

De altitudine amoris. Rub.LXXXVII.

NVlla altitudo eſt in magna bonitate abſq; altitudine
amoris & amandi. ¶Omnis duratio boni & magni
amoris:eſt alta.¶Illa poteſtas eſt alta: quæ altũ amo
rem amici & amati oſtẽdit.¶Per altã voluntatẽ volat illud vel-
le:qđ id vult qđ amatus vult/& qđ idẽ nõ vult quod amatus
nõ vult.¶Altę virtutes ſunt altitudines: quibus altum ama
re volat ad ſuũ altũ amatũ.¶Qui timet deſtruere falſitates &
errores:veritas ei⁹ nõ volat ad altã rẽ amati ſui.¶Amor q vo
lare facit ſuũ amare in infirmitatibus huius mũdi: volat per
laborẽ.& amor qui ſuũ amare volare facit per altitudines alte
rius ſęculi.volat ad gloriam amati ſui in qua quieſcit. ¶Qui
differentiã facit inter proſperitates & aduerſitates quas ſuſti
net per amorẽ ſuũ:amare volare nõ facit ad cœlũ. ¶Ille volat
per cœlũ:q facit volare amare ſuũ ad cõcordãtiã amici & ama
ti.¶Qui volat p cõtrarietatẽ amici & amati:per planities vo-
lat cũ labore: & q volat p cõcordãtiã amici & amati:volat per
mõtes cum quiete.¶Qui ſuũ amare principiat fine alti amo
ris:ĩcipit ad cœlum volare vbi eſt amatus ſuus. ¶Amare qđ
eſt in medio alti amoris:volat p altũ amore.¶Qui vi volare fa
cit ſuũ recolere/intelligere & amare:ad altiorẽ finem amoris
volat ſupra cœlũ.¶Qui alas maioris amoris nõ habet:ad cœ
lũ volare nõ poteſt.¶Qui per amoris & amandi æqualitatem

volat: per cœlũ volat. ¶ Alis minoris amoris: peccator volat ad infernũ. ¶ Abſq; iuſtitia: nullũ amare ſedet ĩ alta cathedra. ¶ Alis prudẽtię: facit amicus ſuum amare aſcẽdere de minori amore ad maiorẽ amorẽ. ¶ Qui ſuũ amare aſcẽdere facit ad fortitudinẽ: timorẽ nõ habet de aliquo. ¶ Qui aſcendit ad tẽperantiã: aſcendit ad ſanitatẽ. ¶ Qui aſcendit ad fidem: ſuum amare aſcendere facit ſupra intelligere ſuũ. ¶ Qui ſuũ amare facit aſcendere ad ſpem: nullius rei habet indigentiam. ¶ Qui charitatem habet: aſcendit in domino ſuper omnia. ¶ Cũ altitudinibus humilitatis: aſcendit & deſcendit amor amici & amati. ¶ Qui aſcendit ad pietatem: facit aſcẽdere/ ſuſpirare & plorare per amorem. ¶ Qui a malo abſtinet & bene facere non ceſſat, facit amare ſuũ aſcendere ad quietem. ¶ Deuotio aſcendere facit ſuſpirare & plorare ad amatum: vt de amico ſuo habeat commiſeratiõnẽ. ¶ Conſcientia /timorem: & timor amorem, aſcendere facit ad amatum. ¶ Contritio aſcendere facit amare ad ſatiſfactionem: & ſatiſfactio amare facit aſcẽdere ad veniam. ¶ Oratio amicum aſcendere facit ad accipiẽdum gratiam/ miſericordiæ & veniæ ab amato ſuo. ¶ Confeſſio amare aſcendere facit ad conſiliũ, conſiliũ ad obedientiam, obedientia ad pœnitentiam, pœnitentia autem ad quietem ſiue ad gloriam. ¶ Qui ſuum amare aſcendere facit ad legalitatem: non habet timorem de aliquo, & aſcendit ad amatum ſuum: vt ſtet ſecurus cum ipſo. ¶ Ille aſcendit ad ſciendum ſecreta amati ſui: q ipm diligit: ¶ In altitudine intelligẽdi & recolendi, eſt altitudo amandi. ¶ De alto imaginari: altũ oritᷣ recolere intelligere & amare. ¶ Si tuos oculos eleues ad vidẽdum pulchritudines cœli & ſtellarum: tuum amorem eriges ad amãdum pulchritudines creatoris. ¶ Si tuas arrigas aures ad audiendum verba amati: exalta tuum amorem ad diligendum ipſa. ¶ Si in arborẽ aſcẽdas/ ad odorandum flores: ad tuum amatum aſcendere facias tuos amores. ¶ Si in arborem aſcendas ad comedendum dulcia poma: ad tuũ amatum aſcẽde ad eũ comedẽdũ, qui eſt cibus & vita tuę animæ. ¶ Cũ ad lectum

aſcendas ad quieſcendum & dormiēdū: conſidera ꝙ de lecto homines mortui deſcēdūt ad terram vt putrefiāt. ¶Si aſcendas ad honorem: aſcēdas ad humilitatem, pietatē & patiētiā. ¶Si aſcendas ad diuitias: tuā memoriā aſendere facias ad recolendum pauperes. ¶Si aſcendas ad ſanitatē: tuā extolle memoriam ad recolendum infirmitatem. ¶Si aſcendas ad largitatem: aſcende ad recolendum indigentiam. ¶Si equum aſcēdas: aſcende ad recolendum auenā. ¶Si deſcendas ad luxuriā aſcende ad recolendum & amandū caſtitatem / ꝓpter pulchritudinē tui amati. ¶Si deſcendas ad peccatum auaritiæ: tuū amorem aſcēdere facias ad amandum liberalitatem in recolēdo magna dona tui amati. ¶Si deſcendas ad guloſitatē: aſcende ad amandū temperantiā recolēdo ſanitatem. ¶Si p ſupbiā ad pctm̄ deſcendiſti: aſcende ad amandū altitudines tui amati & ad recolendū altitudines cœli / de quo mali angeli per ſuperbiā ceciderunt. Et reges recolas qui de cathedra deſcenderūt ad terram vt putrefiant. ¶Si ad pigritiam deſcendiſti: aſcende ad amādum diligentiam, recolendo ꝙ poſt mortem non poteris nec pœnitere nec veniā petere. ¶Si deſcēdiſti ad inuidiā, aſcende ad amādū charitatē quæ plena eſt omnib⁹ diuitiis. ¶Si ad iram deſcendiſti: aſcende ad amandum patientiam & abſtinentiā: & recole ꝙ vituperium & mors tibi faciliter accidere poſſunt. ¶Si ad mēdaciū deſcendiſti, aſcende ad recolēlendū & amādū veritatem & verecūdiam. ¶Si deſcendiſti ad paupertatem: aſcende ad amandū diuitias tui amati qui ſufficit ad honorādū oēs ſui amatores. ¶Si incarcerat⁹ es: aſcēde ad recolendū & amādū poteſtatē tui amati q oēs liberat. ¶Si amicos non habeas: aſcēde ad amandum tuum amatum qui amat die ac nocte. ¶Si ſis iratus / aſcende ad recreādum & cōfortandum tuū amorē i amato tuo. ¶Si ſis in temperat⁹: aſcende ad faciendum orationes amato tuo. ¶Si ſis deceptus & ꝓditus: aſcende ad amandum fidelitatē amati tui & iā non eris deceptus neqꝫ proditus. ¶Si deſcendiſti per timorem: aſcende per amorem ad amatum et ſecurus eris. ¶Si altā bonitatē ha

bere volueris:habeas altum bonificare.& ſi altã ptãtẽ habere volueris:habeas altũ amorẽ & amare. ¶Conſidera quomodo amat⁹ in magna cõſiſtit bonitate p altũ bonificare/& ĩ alta poteſtate per altũ poſſificare.¶Cõſidera quomodo bonitas alta eſt per magnitudinem:& quomodo magnitudo alta eſt per altã bonitatem.¶Conſidera ꝙ ſicut tuus amatus eſt ſummũ bonũ per ſummũ bonificare:ita eſt ſummũ magnum p ſummũ magnificare. ¶Qm̃ tuus amat⁹ altã habet memorabilitatẽ habeas tu altum recolere.& quia habet altã intelligibilitatẽ habeas altum intelligere:& quia altã habet amabilitatem:habeas tu altũ amare.¶Plures alios flores dixit amicus de amato ſuo:vt haberet amores qui altum haberent amare ad amãdum ſuas altitudines.

De laudibus amoris. Rub.LXXXVIII.

DOmina amoris/ alterum amicũ nutriuit:cui dixit ꝙ amatum laudaret radicibus huius arboris. & tunc ille amic⁹/corã amatorib⁹ amoris laudauit bonitatẽ amati ſui:& vnã laudẽ fecit de bonitate amati p eſſe qđ hẽt in ſe,aliam laudẽ ipſi dedit p ſuã opationẽ quã habet ĩ oĩb⁹ creaturis.Et dixit ꝙ bonitas amati bona eſt p ſeipſã.qm̃ ẽ ſua ipi⁹ & nõ de aliqua alia bonitate.¶Amatores amoris (dixit amicus)bonitas mei amati habet per ſe & in ſe ſuã bonificationẽ. Et ſua bonificatione/quicquid creatum eſt/bonificat:quoniã totũ per ipſum eſt bonũ.& ideo bonitas mei amati ingtũ eſt, quod eſt:facit eſſe oẽ bonũ qđ creatum eſt.& p bonificationẽ quã habet ĩ ſe:facit eẽ oẽs bonas opationes quas hñt creaturę & ideo bonitas mei amati:laudabilis eſt ſuper oẽs creaturas. ¶Amatores magni amoris (dixit amicus) magnitudo mei amati eſt ita magna ꝙ eſt infinita.& ſicut per eſſentiã: ita magna eſt p infinitã opationẽ quã habet ĩ ſe.Et ſua ĩfinita opatione:poſſet infinire oẽs creaturas ſi ipſe hoc recipe poſſent.Sed nulla magnitudo niſi magnitudo mei amati:poterit p aliquẽ modũ eſſe ĩſinita.¶Amatores durabilis amoris(dixit amic⁹) duratio mei amati eſt æterna per ſuum exiſtere: & eſt æterna

2x bon' ..

per ſuũ agere:qm̃ ſi ęterna eſſet p ſuũ exiſtere & ĩ ſe ęternã opa tioné nõ hñet:opatiõi ei⁹ deeſſet ĩfinita magnitudo q̃ ñ eẽt ita æterna ſicut ipſa æternitas,& ęternitati deeſſet bonitas ĩgtũ ipſi eſſet magnũ malũ ſi ęternalit fuiſſet abſq; ęternare.& ęter nitas deeſſet bonitati:ſi nõ haberet ĩ ſe ęternum bonificare:& deeſſet magnitudini:ſi in ſe non haberet ęternũ magnificare. Et ideo non intelligatis:ꝙ velim dicere ꝙ æternitas mei ama ti habeat ęternare ĩ alia eſſentia & natura: ſed ĩ ſeipſa ſolũmõ qm̃ ſi haberet:poſſet eſſe maior per æternare q̃ magnitudo p infinire bonificare & magnificare q̃ ĩ alia eſſentia & natura ali quid ĩfinire nõ põt niſi ĩ ſe & ſua eſſentia ſolũmõ.¶Amatores amoris (dixit amic⁹) ſicut ego corã vobis laudo nobilitates & altitudines amati mei:ita oportet ꝙ vos veſtrum recolere intelligere & amare exaltetis ad meũ amatũ & intelligatis & videatis magnã poteſtatẽ amati mei. qm̃ ita ẽ magna ꝙ nemo in ſe inuenire poteſt p aliquẽ modũ ꝙ velit habere ita magnã poteſtatẽ ſicut habet meus amat⁹.Cõſideretis etiã/ ꝙ omnes aliæ poteſtates ſunt p poteſtatẽ mei amati & oĩs creata poſſifi catio/creatę poteſtatis eſt p poſſificationẽ quã me⁹amat⁹ ĩ ſua hẽt poteſtate.¶Amatores ſapiẽtię (dixit amic⁹)cõſideretis ineſtimabilẽ ſapientiam mei amati:qm̃ ipſe ſcit totũ qd̃ eſt.Et ita bene ſciuit oẽ qd̃ creatũ eſt/anteq̃ fuit creatũ ſicut modo ſcit cum creatum eſt. & plus ſcit q̃ totum quod creatum eſt: quoniã ipſe ſcit verum infinitum idearum quæ nõ ſũt ideatę nec vnq̃ erũt. ¶Volũtas mei amati,in ſe habet volẽtẽ volitũ & velle.& in voluntatẽ mei amati poſſent intrare infinitę vo libilitates & amores:ſi ipſę poſſent habere eſſe. Et p velle mei amati ſunt omnia bona velle.& volũtas mei amati multo me lius ſcit amare ſine comparatione q̃ oẽs aliæ voluntates. & p pter hoc amatores/multum eritis & eſtis voliti & amati:ſi eri tis et eſtis voliti per voluntatem mei amati.¶Amatores vir tutũ(dixit amicus)angeli/cœlũ/elementa /plantæ /beſtiæ/ho mines & quicquid eſt/fuit vel erit.virtutem habẽt per virtu tem mei amati.quoniam eius virtus ita compræhendit alias

omnes virtutes ſicut ei⁹ bonitas omnes alias compræhendit bonitates.& ei⁹magnitudo. oẽs alias magnitudines.& qlibet homo qui habere voluerit virtutes morales per amorem vir tutis mei amati:poteſt habere tot & in tãta magnitudine & bonitate quot et quãta velle poterit. ❡Amatores veritatis (dixit amicus)conſideretis magnã veritatem amati mei:qm̃ ipſa eſt ita magna ꝙ omnes veritates verificat & cõpræhendit:& ſine ipſa nulla res poteſt eſſe vera.& ita eſt amabilis ꝙ ſi ex omnibus amoribus creatis factus eſſet vnus amor/adhuc non ſufficeret ad amandum amabilitatem veritatis mei amati.& in gloria vnus angelus aut vna anima plus intelligit veritatem mei amati q̃ omnes intellectus qui fuerunt/ſunt vel erunt in hac vita; ſuppoſito ꝙ ex ipſis fieri poſſet vnus intellectus qui tantum intelligeret quãtum omnes ſingulariter poſſent intelligere. Veruntamen veritas mei amati inhonorata eſt in hoc mundo:quoniam parum cognita eſt & amata.❡O vos alii amatores qui amatis gloriam mei amati: cõſideretis & videatis quomodo ei⁹ gloria eſt magna / bona / et æterna /potens/& omni bono perfecta:quoniam ipſa plena eſt ſui eſſentialis gloriatiui/gloriabilis et gloriari per ſuum proprium et intrinſecum gloriatiuum et ſuum intrinſecum et proprium gloriabile.Et ideo in gloriã mei amati intrare poſſent infiniti amatores numero ſi creari poſſent. ❡Conſideretis.O vos amatores: et videatis altitudinem et nobilitatem mei amati(dixit amicus)et videatis quomodo quædam creaturæ ſunt ab aliis differentes. Et ſcitis vos quare quædã creaturæ ab aliis differentes ſunt!nẽpe quia ſapientia mei amati ſcit ꝙ vna non eſt alia. Et voluntas mei amati vult ꝙ vna non ſit alia.et ideo nulla creatura neq; per operationem naturalem neq; per artificialẽ:facere poteſt ꝙ duo aut plura ſint ita maxime ſimilia vt nullam habeant differentiam. ❡Amatores(dixit amicus)conſideretis infinitã cõcordãtiã q̃ eſt ĩ meo amato ꝑ ei⁹ bonificationẽ, magnificationẽ intellectionẽ,amationẽ/virtutis actionẽ/verificationẽ/prĩcipiationẽ

æquationē & infinitationē:in qua nulla cōtrarietas poteſt eē.
quoniā infinite & æternaliter eſt a cōtrarietate remota p con
cordare infinitū & æternū. ¶Amatores (dixit amicus) meo
amato nihil reſiſtere pōt:cū ita ſit ꝙ ipſe habeat cōcordare in-
finitū & æternū,cui nullū cōtrariari reſiſtere pōt.nā oīs con-
trarietas eſt finita & in tēpore poſita.¶O vos amatores conſi-
deretis quo modo meus amatus eſt infinitū & æternū princi-
piū.quoniā in ſuo intellectu infinite & æternaliter principia-
uit/principiat & principiabit æternū & infinitū intelligere in
tellectū & intelligibilē.& idē eſt de ſuo amore in quo æterna-
liter & infinite principiauit/principiat & principiabit ęternū
& īfinitū amare amatū & amabilē.Et abſꝙ principiare amatꝰ
nō eſſet principiabilis neꝙ principiabilis foret & æternaliter
& infinite amatus & amare.Et idē de bonificare/magnificare
& poſſificare amati mei.& ꝑpter hoc meus amatus naturali-
ter eſt p ſe principiū.¶Cōſideretis adhuc,quomodo meꝰ ama
tus eſt principiū oīm entiū creatorū abſꝙ mutatione ſui ipſiꝰ
quia p ſuā æternitatē,principiare potuit qd̄ ante nō principia
uit abſꝙ mutatione ſui ipſius de vno ſtatu ī aliū.ſed hoc meꝰ
amatus facere nō potuit ſine æternitate & æternare qd̄ in ſua
habet eſſentia & natura.¶Amatores (dixit amicus) conſide
retis & videatis quomodo amare mei amati eſt in medio ſui
amoris & in medio amantis & amabilis per infinitatē & æter
nitatem.Et idem de bonificare bonitatis mei amati,et de ma-
gnificare magnitudinis mei amati.& ſic de aliis dignitatibus
mei amati. ¶Cōſideretis etiam quomodo miſericordia mei
amati ſe ponit inter ipſum et peccatorem qui ab ipſo petit in-
dulgentiam.¶Amatores (dixit amicus) meus amatus eſt fi-
nis omnium entium creatorum : quoniam omne quod crea-
tum eſt : creatum eſt ad cognoſcendum et amandum meum
amatum et ad ſeruiendum ei.et ſi meus amatus eſt finis om-
nium rerum creatarum:quāto plus eſt finis ſui ipſius et in ſe
ipſo et per ſe ipſum,vt ſua bonitas proprium habeat bonifica
re propter ſuū proprium finem.et idem de ſuo magnificare/

æternare/poſſificare/& intelligere et amare & cæteris. ¶Con
ſideretis amatores(dixit amicꝰ)quomodo meꝰ amatꝰ eſt ma
ior q̃ omne creatum.quoniam omne quod creatū eſt:iceptū ē
& finitū & meus amatus eſt ęternus & infinitꝰ: & ideo omnis
maioritas eſt imago & figura quæ repſentat & ſignificat infi-
nitam & æternā magnitudinem & bonitatem & alias digni-
tates mei amati.¶O vos amatores(dixit amicꝰ)conſideretis
infinitā & æternā ęqualitatem/poteſtatem,ſapientiam/quam
habet meus amatus in ſua bonitate/magnitudine/æternitate
poteſtate /ſapiētia /amore/& virtute.Et idē de ęqualitate eius
bonificationis & bonitatis /magnificationis & magnitudinis,
& aliarū.& bonificationis magnificatiōis & æternificationis
& cęterarū/& ęternitatis & magnitudinis:ęternitatis & pote
ſtatis/& cæterarū.¶Amatores(dixit amicus) in meo amato
non eſt aliqua minoritas ipſi eſſentialis & naturalis:quoniam
ſi in ſeipſo eſſentialiter & naturaliter minoritatē haberet: ī ſe
haberet paruitatē contra ſuā magnitudinem,& finitatem cō
tra ſuā infinitatem,& maioritatem contra ſuam ęqualitatem
& meus amatus non eſſet per omnes modos æternꝰ & infinitꝰ
& in omnibus perfectus.¶Cum amicus ſuū laudauiſſet ama-
tum per radices amoris:noluit laudare ſuū amatū ꝑ domicel
los amoris,quouſqꝫ amatores ei dixiſſent ꝙ laudibꝰ radicum
amoris ita efficaciter ipſos amorificauit ad amādū nobilita-
tes amati,ꝙ nō oporteret ipſos plus amorificare ꝑ domicellos
amoris.

De honoribus amoris & amati. Rub.LXXXIX.

COnſiderauit amicꝰ ꝙ ipſe habuit amatū honorabilē
et ideo oportuit ꝙ ipſe eſſet honorabilis amicꝰ. qm̃
honor eſt honorabilis amati vt honorabilem amicū
habeat:et nō eſt conueniēs ꝙ inhonorabilis amicꝰ ſeruiat ho-
norabili amato.et ideo dixit amicꝰ ad amorē vt ſibi modū oſtē
deret per quē ipſe eſſet honorabilis amator: & per quē ſciret
honorare amatum ſuum:qui dignꝰ eſt valde magno honore.
¶Amice(dixit amor)ſi tuum honoras amare bonitate vt ſit

bonũ,et magnitudine vt ſit magnum, et duratione vt multum duret ,et poteſtate vt multas patiatur proſperitates et aduerſitates per amorem et ſic de aliis meis radicibus:tu eris honorabilis amicus,et tuũ amatũ honorabis.¶Rogauit amicus bonitatẽ/vt ſuũ amare bonificaret: & magnitudinem vt ſuũ magnificaret amare,& durationẽ vt faceret ipm̃ durabilem & ſic de aliis:quoniã ipſe honorẽ facere volebat ſuo amato qui eſt bonus,magnus,ęternus,potens & omni perfectione perfect⁹.Cui amoris radices rñderũt ꝙ nõ oporteret ipſas rogari vt ſuũ amare honorarẽt: ſed ipſę rogabãt ipm̃ vt ſeipſas in ſuo amare honoraret in quod intrare voluerunt & eſſe,vt amatũ cũ ipſo honorare poſſent.nã quãdo non erãt in amare amici:non habebant quo amicum poſſent honorare /& erant ocioſę,nec poterãt quicq̃ facere ipſi amare ſine amare hominũ quod liberũ eſt, vt amatus libere honoret & vt libere ſeruiatur ei.¶Amice (dixerũt dominę amoris) quaſi maior ps hoim ponũt i ſuo amare aduerſari as noſtras ſiue inimicas.ſcilicet malitiã, paruitatẽ & priuationẽ & cæteras boni, magni & durabilis amoris,& fortificant malum & falſum amorẽ cõtra bonũ & verũ amorẽ.& ideo(dixerũt dominę amoris)amatus eſt i mũdo inhonoratus p inhonoratos & falſos amatores & nos ſimiliter ſumus in mũdo inhonoratę, & aduerſarię noſtrę ſiue noſtrę inimicę/honoratę.¶Amice(dixerũt dñæ amoris) plures homines ſunt qui plus amãt denarios / fœminas/ cibaria delicata/ pulchra veſtimẽta/ vitã quietam / dominiũ/ & honores,q̃ amatũ.& propter hoc totus mũdus quaſi perditus eſt et a fine deuiat ad quẽ creatus eſt. ¶Multum plorauit amicus cũ audiuiſſet hoc qđ dominę amoris ſibi dixerunt de vituperio & inhonore quæ amatus accipit in hoc mundo qui eius eſt, & quẽ principaliter creauit, vt in ipſo eſſet honoratus.quoniã deus nihil aliud tam petit de mundo q̃ honorem. et hoc quod ipſe vult habere:vult etiã habere quilibet homo. quoniam ruſticus/lanius/ ſutor & alii ſimiles cuiuſcunq; ſint officii plus honorem deſiderant q̃ aliquid aliud.¶Et propter

hoc ruſticus vult eſſe mercator, quia mercator magis eſt honoratus, & mercator: vult eē eques: eques comes: comes, dux. dux, rex. rex vero: imperator. et nemo ſatiari poteſt honores: et propter honorem plus laborant homines q̃ propter bonitatem, ſapientiam, virtutes & amorem. ❡Ah dominę amoris, dixit amicus: quomodo mundus naturaliter eſt pulcher, et ordinatum inſtrumentum ad honorandum amatum meum. quoniam non eſt homo viuens qui cogitare, dicere vel ſcribere poſſet pulchram ordinationē quæ naturaliter eſt in mũdo. quod ſatis patet clare intuenti. et omnes creaturæ faciũt hoc propter qđ creatę fuerũt. ❡Dominę amoris et domicelli (dixit amicus) qđ conſiliũ dari poſſet vt amatus magnũ honorē in mundo haberet. quoniā dedecus eſt et periculum hominibus qui amant amatum: ſi non faciunt totum id quod facere poſſunt ad honorandũ amatum. & magnũ malum eſt hominibus peccatoribus qui amatũ inhonorant vt vadant ad ignē perpetuũ in quo ſemper erũt inhonorati et vituperati. ❡Amice (dixerunt dominę et domicelli amoris) oportet ꝙ cõſiliũ veniat ab amato, ita videlicet ꝙ ipſe nouos homines trāſmittat magnæ vitæ et ſanctitatis qui per mũdũ vadant ad oſtendendā veritatē de nobilitatibus amati. nā quãdo ignotę ſunt non poteſt homo multum amare amatum. oportet etiam ꝙ illi ſancti homines dent exemplum ſanctę vitæ per bonas operationes & vtˀhomines reprehendant qui in mundo et in ſuo corde amatũ tenēt inhonoratũ. ❡Dominę et domicelli amoris (dixit amicus) manifeſtũ eſt ꝙ amatus omni tēpore vult honorē habere in mundo et vult ſaluationē hominũ et non damnationem eoꝝ. Et ideo nemo poteſt nec debet dicere neq; cogitare, ꝙ amatus non velit honorem neq; ſaluationē hoīm. quapropter defectus ſiue culpa amato imputari nõ debet: ſed hoībus q ipm̄ honorare nolũt. Et vos ſuperius mihi dixiſtis ꝙ nõ oportet vt ego rogem vos eſſe in amare meo: imo vos rogatis me vt ego ponā vos in amare meũ. Et ita eſt de deo (dixit amicus) quoniā non oportet expectare ꝙ principiet. qm̄ iam

principiauit ĩgtũ homines creauit & eis mũdũ dedit: vt ipm honoratum teneãt in ſuo corde & in mũdo. Incipiamus ergo amatũ honorare: eamus per mũdũ huc & illuc ad honorandũ ipm. ℂValde placuerũt dñę & domicellis amoris verba quæ dixit amicus: q̃ cognouerũt ꝙ bonũ amicũ recuperauerãt/& ꝙ bene ſeq̃batur vias alterius amici q in Hieruſalẽ mortuus fuit per amorẽ. & dicebãt amico vt iret per mũdũ ad laudãdũ hoĩes qui amatũ honorãt: & ad rephendẽdũ hoĩes qui amatũ inhonorãt: & ipſę ſequerẽtur ipſum, & ipm iuuarẽt toto ſuo poſſe. & domicelli amoris in oĩbus ſuis neceſſitatibus ipſi ſeruirẽt. ℂCõcordatũ fuit inter amicũ/ dñas amoris/ & inter domicellos amoris ꝙ irent p mũdũ ad tractandũ & procurãdũ ꝙ amatus cognoſceretur, amaretur, & honoraretur & venerũt ad quãdã ciuitatẽ ĩ qua erat quoddã pulchrũ tẽplũ ĩ quo multi hoĩes cantabãt honores amati. Et amicus cũ dominabus & domicellis amoris/magnũ gaudiũ habuerũt: quãdo viderũt ꝙ in illo templo erãt tot hoĩes qui honores amati cantabãt, ſed ſapiẽtia & virtus dixerũt ad amicũ ꝙ inter illos hoĩes qui cantabãt honores amati: erãt ſeptẽ homines qui dedecus amato faciebãt, quoniã dũ cãtabãt honores amati: cogitabãt peccata facere. nã vn⁹ cogitauit de vna pulchra fœmina quã multũ diligebat. alter habere deſiderabat vnũ pinguẽ capum a ſuo vicino & cõſiderabat quomodo ipm furari poſſet. terti⁹ cogitabat quomõ poſſet vnã dignitatẽ obtinere ĩ alia eccleſia. quartus iraſcebatur: quia nõ erat ĩ altiori loco chori templi. quintus iratus erat de quodã ſocio ſuo qui melius cãtabat q̃ ipſe. ſextus erat piger & dormire volebat. ſeptimus autẽ cogitabat quomodo poſſet occidere vnũ hominẽ qui ſibi dixerat vituperiũ. Tunc amicus dixit illis ſeptẽ hoĩbus: ꝙ ipſi amatũ honorabãt ore, & ipm inhonorabant corde. Aliis vero q cantabãt & qui boni erãt & ſanctę vitę: dicebat ꝙ ipſi inhonorati erãt & vituperati: quia ſocietatẽ malorũ hominũ habebant q ſuũ amatum in ſuis cordibus inhonorabant & vituperabãt. ℂIn illa ciuitate erat quoddã gymnaſiũ in quo vnus pceptor

(qui multos habebat diſcipulos) profitebatur. Qui oſtendit pulchritudines/ & nobilitates/& honores amati. multũ igit̃ placuit amico & dominabus amoris illud gymnaſiũ. Sed ſapientia dixit ꝙ inter illos diſcipulos/erãt duo: quorum vnus diſcebat vt per ſuã ſcientiã poſſet habere honores, & vt hoĩes ip̃m laudarẽt,& vt euaderet tandẽ epiſcopus. Alter diſcipulus pauper erat,& ob hoc diſcebat: vt p ſuũ ſcire poſſet euadere diues. Et ideo amice(dixit ſapientia) illi duo diſcipuli falſam habẽt intentionẽ & faciũt dedecus amato: quoniã ſententiis & verbis quę a ſuo p̃ceptore diſcebãt: plus aliud diligebãt q̃ amatũ vel eius nobilitates & honores, quos p̃ceptor eorum illis oſtẽdit. Valde diſplicuerũt amico & dominabus amoris illi duo diſcipuli: et dixerũt p̃ceptori & aliis diſcipulis, ꝙ ipſi dedecus amato faciebãt: quoniã ipſi in ſuã ſocietatẽ illos duos acceperant, quorũ vnus indutus erat vana gloria, & alter auaritia. et quia ſi ille qui indutus erat vana gloria magiſterii donaretur honore: oſtẽderet ſciẽtias diſcipulis ſuis, vt poſſint acquirere honores, & apparentiam ſcientiæ, ſed neſcirẽt ſcientias neq; veritatẽ rerũ. et ſi ille qui indutus erat auaritia docendi acciperet poteſtatẽ: oſtẽderet modũ acquirendi nummos per ſcientias, & faceret diſcipulos qui plus denarios diligerent & diuitias q̃ ſcientiã. ¶Amicus & dominę venerũt ad quoddã pulcherrimũ monaſteriũ in quo erãt multi religioſi viri, qui faciebãt orationes ad honorandũ amatũ/& qui erant magnæ pœnitentiæ,& ſanctę vitæ, & die ac nocte honorabãt amatũ. Et amicus, dominę ac domicelli amoris: multũ fuerũt hilares quãdo tã nobile viderunt monaſteriũ,& tot tãtorũq; hominũ numerũ in oratione, ad laudãdũ amatũ. Sed ſapiẽtia vnũ e fratribus vidit qui in illo monaſterio indutus erat habitu reſarcto et repetiato. is autẽ frater erat hypocrita. quoniã quicqd faciebat ieiunãdo, p̃dicãdo, operãdo et orando: id totũ faciebat vt alii fratres de eo magnũ bonũ exiſtimarent & vt ip̃m pro ſancto viro tenerẽt. Iuxta illũ fratrẽ erat alter/qui plus ieiunabat et orabat q̃ cæteri fratres: et hoc faciebat quia

opinionem & credulitatem habebat, ꝙ deus ipſum ita ſan-
ctum faceret vt etiam miracula facere poſſet,& cum mortuꝰ
eſſet:ꝙ de ipſo feſtum in vno die annuatim ſolenniter fieret.
Sapientia & veritas oſtenderunt amico & dominabus amoris
illos duos fratres:& omnis delectatio quã habuerunt de mõ-
naſterio & de fratribꝰ:cõuerſa fuit in diſplicentiã & tędium.
Et illos duos fratres maledixerunt:qui amatũ inhonorabant
& vituperabant/quia totum monaſterium illud deturpabãt.
¶Ad curiam regis venerunt amicꝰ & dominę in qua multos
viderunt equites & domicellos qui regi ſeruiebant & ipſum
comitabantur. Et rex erat homo qui ſuis hominibus iuſti-
tiam faciebat.Et amicus & dominę magnum gaudium habe
bant in videndo regem et eius curiam.Et amicus dixit ꝙ rex
in terra eſt imago & ꝓcurator ſui amati:vt iuſtitiam teneat.
quapropter valde gaudebat eũ videndo.Sed ſapientia q̃ om-
nia cognoſcebat,dixit ad amicũ,ꝙ ille rex erat homo qui val
de requirebat honorem/& erat vane glorioſus,& iuſtitiã non
faciebat ſuis hominibus propter ſuũ amatum.ſed vt ab homi
nibus laudaretur & qui ĩtentionem corrupit,per quã dede-
cus ſuo amato faciebat.Ah dixit amicus ſapientiæ & domina
bus amoris:poſſemuſne inuenire aliquod magnũ bonum in
hoc mundo in quo nihil eſſet mali? ¶Amicus et dominę amo
ris/per totam illam ciuitatem iuerunt ad vidẽdum honores
& inhonores ſiue vituperia quos populi faciebant amato vel
contra amatum:vt per honores qui fierent amato gauderẽt,
per inhonores autem & vituperia triſtarentur plurimum
et dolerent. Dum ibant per ciuitatem/in platea duos inue-
nerunt mercatores:quorum vnus vendebat & per deum
iurabat mentiendo,& alter emebat & iurabat per dominum
mentiendo.& veritas clamare incipiebat & plangebat forti-
ter:& amicus timuit quia ſuus amatus inhonoratus erat in
illis mercimoniis. Tranſierũt vltra et viderunt ꝙ vnꝰ homo
ſuperbus alium hominẽ occidebat iniuſte. Viderũt etiã quẽ
dam hominẽ intrantẽ in quandã domum ad luxuriã dum cũ

quadam pulchra muliere. & quanto plus tranſibāt per ciuita tem: tanto plura mala videbant & peccata quę homines contra amatum perpetrabant:et amicus dixit ꝙ extunc in illa ciuitate plus ſtare nolebat:quoniā plus in ipſa offenſus erat q̄ recreatus. ℭAmicus/dominę et domicelli amoris:illam ciuitatem exierūt:& cum ad quoddam pulchrum pratum veniſſent:conſilium inter ſe fecerunt quid facerent:et ad quas regiones irent. Et tunc amicus et dominæ amoris:voluntatem habuerunt mundum exeundi et ꝙ amplius in mundo inter homines non eſſent: ſed ꝙ eſſent in nemoribus cum auibus/ beſtiis et arboribus quę dedecus amato non faciunt. Iuerunt autem amicus et dominę amoris ad nemus vbi quendam peregrinum inuenerunt qui de peregrinatione venit, qui ab eis quęſiuit quo irent. amicus & dominę amoris peregrino narrauerunt propoſitum ſuū quo propoſuerāt aut proficiſci ad nemora & loca ſolitaria: aut mūdū derelinq̄re. peregrinus fortiter amicum reprehēdit et dominas amoris dicens eis vt ad mundum redirent et cum hominibus remanerent/nec eſſent ocioſi: et ꝙ amatus ſeruitores haberet qui de ſuo honore gauderent et qui honorem ſuum tractarent et dolerent de vituperio et inhonore q̄ fiunt ei. Et vos (dixit perogrinus) conſolationem habeatis propter iuſtitiā: quā amat⁹ faciet in altero ſeculo de illis/qui in hoc ſeculo faciunt dedecus ei: quoniam nemo contra amatum ſe defendere poteſt: neq; celare vel negare quicq̄d operat⁹ fuerit. Ad mūdū redeatis et procuretis vt amatus honorem habeat/et plures bonos ſeruitores/ et vt totus mundus ſit in veritate et in bono ſtatu. Amicus et dominę ad mundum redierunt: et per longas terras iuerunt ad tractandum honorem amato: et plurios habuerūt labores et languores: quos amor quem ad amatum habebant/ipſos pati faciebat.

De fructu amoris pars.VII. Rub.XC.

FRuctus arboris in tres partes diuiditur.
vna pars eſt deus,alia eſt eius operatio,&
alia pars eſt beatitudo.Cauſa quare dixi-
mus ꝙ deus eſt fructꝰ huiꝰ arboris: eſt. qa
deꝰ eſt finis et perfectio oīm entiū.Et cau-
ſa quare diximus ꝙ opatio quā deꝰ habet
in ſe eſt fructꝰ huiꝰ arboris amoris:eſt qa ē
finis et pfectio oīm opationū creatarū. Et cauſa quare diximꝰ
ꝙ beatitudo eſt fructus huius arboris amoris:eſt, quia ī beati
tudine alterius vitæ quietem habent oēs ſancti in æterna glo
ria beatificati. ¶Per hoc quod dicemꝰ de fructu amoris p ana
logiam et moralitatem: poſſunt amatores cognitionē habere
de fructu.Et p cognitionē quā de fructu habebūt: meliꝰ ſciēt
ipſum recolere/intelligere et amare/et eius dulcedinem deſi-
derare.Et ad inueſtigandū et declarandum fructū amoris q̄-
ſtiones facere volumꝰ dominabus amoris:quas amicꝰ faciet ſe
cundū decē modos q̄ſtionū de qbus dictū eſt ī branchis amo-
ris.¶Aſcendere voluit amicꝰ ad fructū amoris:ſed dn̄æ amo-
ris ad vnū domicellū amoris dixerunt,ꝙ q̄ſtiones faceret ami
co de amato ſuo et de amore:vt intelligerēt ſi amicus de ama-
to ſuo et de amore cognitionem haberet & vtrum amare ſci-
ret.nam ſi reſpondere neſciret quæſtionibus q̄ ſibi fierēt a do-
micellis,minime ipſū in arborem aſcendere & de ipſius fructu
colligere permitterent.quoniam non decet ꝙ fructus colliga
tur per amicū:q amatū ſuū nō cognoſcit neq; amorē/et qui ne
ſcit amare.

¶De q̄ſtiōibꝰ quas vnꝰ domicellus amoris amico faciebat.
Quæſtio.I.Rubrica. XCI.

DOmicellus quidā amoris ab amico q̄ſiuit: vtrū ſuū 1
cognouit amatū.Cui reſpondit amicus.ſi meū ama-
tū nō cognoſcerē:magnū amare non haberē,nec poſ
ſem p amorē magnos ſuſtinere labores.¶Amice:habes aliquē 2
theſaurum?Reſpondit amicus:ꝙ ſuus amatus/ſuus erat the

3 ſaurus & ſuũ amare. ❡Amice: habes volũtatẽ? Domicelle (di
xit amicus) nõ habeo voluntatẽ, quoniã ego dedi ipſam meo
4 amato. ❡Amice habes aliquã rem qua aliã emere poſſes? Do
micelle dixit amicus. Si aliquid haberẽ quo aliquã rẽ emere
5 poſſem: in me eſſet aliqd qđ nõ eſſet amati mei. ❡Amice: quid
eſt tuus amatus? Domicelle (dixit amicus) meus amatus eſt
6 qui meũ pficit amare, meũ intelligere, & meũ recolere. ❡Ami
ce: qd eſt in amato tuo? Reſpõdit amicus. In amato meo/ eſt ĩfi
nitũ & æternũ magnificare/æternificare & poſſificare cũ reco
7 lere, intelligere & amare. ❡Amice: eſt tuus amatus in te? Re-
ſpõdit amicus. meus amatus in me eſt perfectio q̃ perficit meũ
8 amare. ❡Amice. quid habet in te tuus amatus? Reſpõdit ami
cus. meus amatus in me habet totũ meũ recolere, meũ intelli
gere & meũ amare. & ita habet me totũ: ꝙ nihil habeo in me.
9 ❡Amice: cuius es? Dixit amicus. ſum amati mei & amoris: q
10 me quieſcere nõ permittũt neq̃ dormire. ❡Amice: cuius eſt
11 amor? Ait amicus. amor eſt amici & amati. ❡Amice cuiꝰ ſunt
ſuſpiria, & fletus tui? Amicus reſpõdit. mea ſuſpiria & fletus
12 ſunt amoris mei. ❡Amice: quare amas? Reſpõdit amicus. ego
13 amo: vt meus amatus habeat amatorẽ. ❡Amice q̃ ſunt tui ini
mici? Mei inimici (dixit amicus) ſunt malę obliuiones q̃ me
14 faciũt meũ amatũ obliuiſci. ❡Amice vbi es? quo vadis? vnde
venis? vbi tuũ habes theſaurũ? & vbi habes tuũ cor? Reſpõdit
amicus. ego ſum in meo amato. vado ad meũ amatũ. venio de
meo amato. Et meus theſaurus eſt in ipſum recolẽdo, intelli-
15 gẽdo, & amãdo, in ipm̃ honorãdo & ei ſeruiẽdo. ❡Amice: vbi
eſt tuus amor? Amicus dixit. meus amor eſt in meo amato &
16 amare. ❡Amice: vbi eſt tuũ amare? Dixit amicus. meũ amare
17 eſt in ſuſpiriis & fletibus: q̃ ſunt nuncii amici & amati. ❡Ami
ce vbi eſt tuus lectus? Dixit amicus. meus lectus eſt in delecta
18 tionibus & laboribus amoris. ❡Amice vbi eſt tuus amatus?
Amicus dixit: amatus meus eſt in meo recolere, intelligere, &
amare, ire, loqui, videre, audire, comedere, tangere, ſuſpirare
19 & flere. ❡Amice vbi ſunt tui amici? Dixit amicus. mei amici

ſunt in veſtibus illorũ qui de meo amato loquũtur. ¶Amice: 20
vbi viuit amor? Dixit amicus.amor viuit in memoria q̃ meũ
amatũ recolit/& in intellectu qui ip̃m intelligit. ¶Amice:vbi 21
morit̃ amor? Reſpõdit amicus.amor morit̃ ĩ memoria,q̃ mei
amati obliuiſcitur/& in intellectu q ip̃m ignorat. ¶Amice: 22
vbi creſcit amor? Amicus dixit.amor creſcit incremẽto ama
tionis quæ creſcit ĩcremẽto intellectionis & memorationis q̃
eſt cum amato meo. ¶Amice:vbi timet amare tuũ? Amicus 23
dixit.meũ amare timet & fatigatur in paruo amore/ & in par
uo intelligere & recolere & in vituperiis q̃ fiũt meo amato.
¶Amice:vbi natum eſt tuũ amare? Amicus ait.meum ama- 24
re natũ eſt ĩ medio amoris:vt fugere nõ poſſit ab amato meo.
¶Amice:vbi tuũ amatũ inueniſti? Amicus dixit.meũ inueni 25
amatũ in meo recolere/intelligere & amare. ¶Amice:vbi tuũ 26
amiſiſti amatũ? Ait amicus.meum amatum amiſi in obliuio
ne/ignorantia/odio/deſperatiõe/& alio peccato. ¶Amice:vbi 27
tuus amatus inhonorat̃ & vituperatur? Dixit amicus.meus
amatus inhonoratur, in honoribus illorum qui magis ſuos
amant honores q̃ honores mei amati. ¶Amice:quãdo magnũ 28
habes honorẽ? Amicus dixit.magnũ habeo honorem:quãdo
modũ amãdi nõ habeo. ¶Amice quo modo ſuſpiras & ploras 29
per amorẽ? Reſpõdit amicus. modũ habeo ſuſpirãdi & plorã
di per modũ quẽ habeo in recolẽdo,intelligẽdo & amãdo meũ
amatũ. ¶Amice:quãdo habes ſpem? Dixit amicus.quãdo re- 30
colo,intelligo & amo iuſtitiam & miſericordiam mei amati.
¶Quãdo habes fidẽ? Fidẽ habeo (dixit amicus) quãdo ſuppo 31
no verũ eſſe de meo amato hoc qđ intelligo. ¶Quãdo amice 32
habes charitatẽ? habeo charitatẽ (dixit amicus) qñ plꝰ meũ
amatũ q̃ aliqd aliud amo. ¶Amice:quo habes patiẽtiã? habeo 33
patiẽtiã dixit amicus:timore & amore timẽdo & amãdo meũ
amatũ. ¶Amice:quo habes iuſtitiã? Habeo iuſtitiã (dixit ami 34
cus) hũilitate,charitate & legis obſeruatiõe. ¶Amice:quo ha 35
bes prudẽtiã? Habeo prudẽtiã ait amicus: maiori amore amã
do plꝰ maius bonũ q̃ minꝰ,& maiori timore timẽdo plꝰ maio

36 ra mala q̄ minora.¶Amice:quo habes fortē animū? Fortē ha
beo aīm dixit amicus:forti recolere, ītelligere & amare,q̄ ha
37 beo p amatū meū.¶Amice:quo habes cōſtātiā?Habeo cōſtā
38 tiā dixit amic⁹:veritate,verecūdia,legalitate & ſpe.¶Amice:
quo habes humilitatē? Habeo hūilitatē dixit amicus:humili
39 tate quā;recolo,intelligo,& amo de meo amato.¶Amice:quo
habes pietatē?Dixit amicus.habeo pietatē cōſideratione quā
habeo ī cōſiderādo mea peccata & vilitates:& ſpe & charitate
40 quę mihi aduenerunt ab amato meo.¶Amice:quo es audax?
Reſpōdit amicus.ſum audax meo amare/ amādo meū amatū.
¶Dominę amoris dixerunt ad amicū/ꝙ bene reſpondere ſcie
bat quęſtionibus amoris:quę & dixerūt,vt in arborē aſcēde
ret ad colligendū fructū amoris per quęſtiones amoris.

De deo & amore. Queſtio.I. Rub.XCII.

1 QVęſiuit amicus a differētia amoris: vtrū eſſet ī ama
to ſuo? Reſpōdit differētia amoris. mea reſponſio ſi
gnata eſt in paragrapho meo:q eſt de radicibus amo
2 ris & in cap.de differētia & amore,cōditione prima.¶Magni
tudo amoris(dixit amicus) ſunt ne plures eſſentię in amato
meo? cui reſpōdit magnitudo amoris. in meo cap.de diffini
tionib⁹ cōpoſitis, ſignificatū eſt ꝙ amicus tātū ligatus eſt cū
amato meo p vnitatē vnius eſſentię & ſubſtātię:ꝙ ab inuicē ſe
3 parari nō poſſunt. ¶Bonitas amoris(dixit amicus) es tu in
amato meo? Cui reſpōdit bonus amor. ſi non eſſem in amato
tuo:tuus amatus bonus non eſſet, neq͂ rationem haberet vt
bonum faceret aut mea diffinitio ſimplex & compoſita,eſſet
4 falſa quod eſt impoſſibile. ¶Amate(dixit amicus)es tute
met tua bonitas? Cui amatus reſpondit. ſi inter me & boni
tatem meam eſſet differentia: non eſſem bonus per meam eſ
ſentiam, & mihi deficeret infinitas magnitudinis,bonita
5 tis:& mea amabilitas non eſſet infinite magna. ¶Amate
(dixit amicus) habes infinitam & æternam bonitatem? Cui
reſpondit amatus:quęras hoc a tua volūtate quę naturaliter
velle nō poteſt ꝙ tu ſis id quod ego ſum.qđ velle poſſit ſi mea

bonitas eſſet terminata & in tempore. & hoc ipſum in te pro-
bare potes ſi hoc cōſiderare velis. ¶Amate (dixit amicꝰ) quā 6
do mundus nō erat: vbi eras tu? Amice (dixit amatꝰ) ego erā
& ſum in meipſo cū ſim infinitꝰ & æternꝰ & ꝑ meipſū. ¶Ama- 7
te (dixit amicꝰ) tua bonitas qua re eſt plena? Amice dixit ama
tꝰ: mea bōitas plena ē mea vi eſſentiali bonificatiuitate bonifi
cabilitate/ & bōificatiōe. ¶Amate qd es tu? Amice (dixit ama- 8
tus) ſum deus & deitas: infinitus et deificans & infinitās infi-
nitabilis æternitas/ & æternificabilis bonitas/ & æternum ac
infinitum bonificare. ¶Amate (dixit amicus) de quo es tu. 9
Cui reſpondit amatus. ſum de meipſo/ & non de aliquo alio.
quoniam ſi de meipſo non eſſem: non poſſem eſſe æternus ne-
q infinitus. ¶Amate vbi es? Cui reſpondit amatus. ego 10
ſum eſſentialiter per totum mundum & extra mundum infi-
nite & æternaliter. Et ſum per gratiam & charitatem in bo-
nis hominibus. ¶Amate (dixit amicꝰ) es æternus? Amice di- 11
xit amatus. ſi non eſſem æternus oīa principiata eſſent princi
piata per vnū qd ſeipſum principiauiſſet. quod eſt impoſſibile
¶Amate quare es? Amice ſum: quia ſum eſſentia bona/ infini 12
ta/ æterna et perfecta omni ꝑfectione et q̄ nō habet aliquid im
perfectionis et defectus. ¶Amate/ quare mūdum creaſti? Ami 13
ce dixit amatꝰ. ego mūdū creaui principalit̄ vt recolar/ cogno
ſcar/ amer/ et honorer/ et ſecundario creaui mundum: vt dem
hominibus et angelis beatitudinē. ¶Amate q̄ magnꝰ es tu in 14
bonitate? Amice (dixit amatus) mea bonitas eſt ita magna vt
eſt infinitas. ¶Amate, tua bonitas quantū durabit? Amice di 15
xit amatus. mea bonitas tantū durabit q̄tū ęternitas. ¶Ama 16
te, habes poteſtatem infinitam? Cui reſpondit amatus: in me
ſunt mea voluntas/ poteſtas/ ſapientia: et ſapientia ac mea in-
finitas: vna eſſentia et natura. Et quia tota mea volūtas et ſa-
pientia totaliter ſunt mea poteſtas abſq omni diſtinctiōe. Et
mea ſapientia ſcit omnia/ et mea voluntas vult oīa bona/ pōt
mea poteſtas perficere tantum q̄tū mea ſapiētia ſcire poteſt
et mea voluntas velle. ¶Amate, poſſes peccare? Amice dixit 17

amatus.ſi ego peccare poſſem:ego poſſem eſſe malꝰ et mea bo
nitas poſſet eſſe finita & in tpe:nec mea ſapientia poſſet eſſe in
18 finita & ęterna.¶Amate poſſes velle malū?Rńdit amatꝰ. ami
ce ſi poſſem velle malū:mea ptās& mea volūtas eſſent diuerſę
19 eſſentię & naturæ,& poſſent eſſe finitę & in tpe.¶Amate qua
les ſunt tuæ ꝓprietates?Amice(dixit amatus)meę ꝓprieta-
tes ſunt eſſentiales/naturales & ſubſtātiales dignitates:vide-
licet mea bonitas/infinitas, æternitas & ptās & aliæ dignita-
20 tes ad me ptinentes.¶Amate habes morales virtutes?Amice
(dixit amatus)ſi ego haberem morales virtutes:meę natura
21 les ꝓprietates & virtutes non eſſent infinitę & ęternę.¶Ama
te de quo habes gloriā?Amice gloriam habeo de meo gloriari
intelligere,amare,poſſe,concordare/perficere,infinire & ęter
22 nare.¶Amate eſt in te concordantia?Amice ſi in me non eſſet
concordātia naturalis & eſſentialis : nō haberem per me quo
23 eſſem remotus æternaliter & infinite/a contrarietate.¶Ama
te poteſt in te principiari aliqđ vitiū? Amice (dixit amatus)
ſi in me poſſet vitiū principiari:mea virtꝰ,poteſtas & æterni-
24 tas /eſſent idē in numero.¶Amate vbi eſt tuū infinitū & ęter
nū poſſe?Reſpōdit amatus.amice/meū æternū & infinitū poſ-
ſe eſt in mea bonificatiōe/amatione:q̄ ſunt in medio inter vim
25 bōificatiuā/amatiuā,bōificabilē & amabilē.¶Amate tuꝰ finis
tuave pfectio eſt in te ipſo & de teipſo & p teipſū,an eſt de alio
in alio/per aliū?Amice(dixit amatꝰ) meꝰ finis & perfectio ſūt
hoc qđ ego ſum:vt ſim meus finis & perfectio. qm̄ ſi nō eſſem
meus finis:non poſſem eſſe per meipſum , neqꝫ eſſem æternus
26 & infinitꝰ.¶Amate eſt ī te aliqua compoſitio? Amice p meip
ſū ſū ſimplex:qa mea eſſentia eſt æterna & īfinita.qa ī infinita
te & ęternitate: nō pōt eſſe aliqua cōpoſitio:qm̄ oīs cōpoſitio
27 eſt in tpe et ī q̄titate.¶Amate eſt ī te aliqua maioritas? Ami
ce ſi in me eēt maioritas:oporteret qꝫ ī me eſſet minoritas: qm̄
maioritas eſſe non poteſt ſine minoritate.& ſi ī me eſſet mino-
ritas:nō poſſem eſſe æternitas & īfinitas/ī qbꝰ minoritas eſſe
28 nō pōt.¶Amate eſt ī te ęq̄litas?Amice(dixit amatꝰ) ſi ī me

non eſſet æqualitas: materiam nõ haberem per quã diſtarem
a maioritate & eſſem terminatus & finitus. ¶Amate: quare 29
es fructus amoris? Amice ſum fructꝰ amoris: quia ſum amor.
¶Amate: quare es amor? Amice ego ſum amor quia ſum de 30
amante/amabili & amare. ¶Amate quomodo es fructus amo 31
ris? Amice, ſum fructus amoris per illum modum per quem
ſum amor. ¶Amate dixit amicus: quis eſt ille modus per quẽ 32
tu es amor? Amice dixit amatus. modus per quẽ ſum amor:
eſt quoniã ſum finis amoris. ¶Amate: quare es finis amoris? 33
Amice dixit amatus. ego ſum propter hoc finis amoris: quia
ſum infinita & æterna bonitas. vltra quam non poteſt aliquis
amor quietẽ habere. ¶Amate: quo es fructus amoris? Amice 34
ſum fructus amoris meis dignitatibus/ & beatis qui in amore
quietem habent. ¶Amate, quo beati quietẽ in te habẽt? Ami 35
ce beati quietem in me habẽt: mea commemorabilitate & ſuo
memorari & mea intelligibilitate & ſuo intelligere, mea ama
bilitate & ſuo amare/meo bonificare quo bonifico eorũ reco-
lere/intelligere/ & amare/ & meo magnificare quo ipſa magni
fico/ & ita de reliquis.

De operationibus dei & de amore.

Quæſtio. I. Rub. XCIII.

AMor (dixit amicus) meus amatus habet ne in ſe ope 1
rationem naturalem? Amice (dixit amor) ſi tuus
amatus in ſe non haberet operationem naturalem:
eius dignitates eſſent ocioſę/per quarum ocioſitatem eſſet in
ipſo malum & priuatio magni boni/virtutis/poteſtatis/ intel
lectionis & amationis: quod eſt impoſſibile. ¶Amor dicit ami 2
cus, quæ eſt operatio mei amati: quam habet in ſe? Amice, di-
cit amor: operatio quã meus amatus habet i ſe, eſt infinita bo
nificatio, magnificatio, duratio, poteſtas, intellectio, amatio,
& cætera huiuſmodi. ¶Amor: de quo eſt operatio: quã habet 3
meus amatus in ſeipſo? Amice dicit amor: operatio tui amati
quam habet in ſe: eſt de ſeipſo: qui eſt amatiuus & amabilis.
¶Amor (dicit amicus) quare habet amatus in ſe operationẽ? 4

Amice dicit amor:vt ꝑ ſe & ĩ ſe ſuã habeat ꝑfectionẽ.qm̃ nihil
eſt plenũ & ꝑfectũ abſq; opatione.nã plus eſt eſſe & operari: q̃
5 eſſe tantũ.¶Amor,opatio mei amati quãta eſt? Amice:bona
& æterna,potens, ſapiens,amoroſa, ſtudioſa, vera, glorioſa.
6 ¶Amor,quãdo fuit opatio quã meus amatus habet ĩ ſe?Ami
ce dicit amor.opatio tui amati:eſt/fuit/erit ĩ æternitate q̃ nõ
7 habet principiũ nec finẽ. ¶Amor,vbi eſt operatio mei amati?
Amice dicit amor:in ſua ĩfinitate,ęternitate,bonitate,ptãte,
8 & aliis.¶Quomodo eſt operatio mei amati? Eſt ꝑ mediũ boni
ficandi,magnificãdi,æternãdi,poſſe, intelligendi & amandi.
9 ¶Amor,quid bonificat,magnificat,æternificat,poteſt,intelli
git & amat meus amatus? Amice (dixit amor) ipſe amat ſuũ
intelligere & amare: & intelligit & amat ſeipſum & ſuum bo
10 nificare,magnificare & alia ſimilia. ¶Amor,quo meus ama-
tus bonificat ſuũ æternificare & alia:& quo intelligit & amat
ſeipſum & ſuam operationem? Amice tuus amatus ſua boni-
tate aut bonificare ſuam magnitudinem bonificat. & ſuo ma
gnificare & magnitudine:magnificat ſuã bonitatẽ & bonifi-
care.& ſuo ĩtelligere & ĩtellectu:ſeipſum ĩtelligit ac opationẽ
ſuam.& amare ſuo ac amore: amat ſeipſum & ſuã opationẽ.
11 ¶Amor(dixit amicꝰ)opatio mei amati ẽ ne oĩbꝰ modis ęq̃lis?
eſt ne ęque magna vt & ipſe eſt? & ſua bonificatio eſt ęque ma
gna vt & ſua bonitas:& ſua magnificatio:vt ſua eſt magnitu
do.& ita ĩ cęteris? Amice ſi opatio tui amati,nõ eſſet oĩbꝰ mo
dis magna:eẽnt ĩ ipſo maioritas & minoritas & in ipſo defice
ret magnitudo & magnificare,bonitas & bonificare,& ĩ aliis
12 ſiliter:qđ eſt ĩpoſſibile.¶Cũ amicꝰ q̃ſiuiſſet ab amore de natu
rali & eſſentiali opatione quã amatus intra ſe voluit habere
13 de operatione quã habet amatus in creaturis: ¶Amor (dicit
amicus) meus amatus creauit mũdũ,an eſt ęternꝰ? Cui reſpõ
dit amor.potentior eſt ille q aliqd ex nihilo facere poteſt q̃ ille
qui poteſt aliqd facere de alio & nõ de nihilo.Et quia tuꝰ ama-
tus/infinitã habet poteſtatem:poteſt de nihilo mũdũ facere &
creare.& in mundo vnã rẽ facit ex alia. Et ideo oportet mun-

dum eſſe creatum per tuum'amatum atq; de nihilo factum
¶Amor/de quo ē creatio! Amice(dicit amor)de actiōe quā 14
habet creator ſup illā creaturā quā de nihilo creauit.¶Amor 15
quare eſt creatio! Amice(dixit amor)creatio ē vt mūdꝰ& cre
aturę ſint ſpeculū & imago opatiōis quā amatꝰ hēt ī ſeipſo:vt
ipiꝰ opatio per angelos & p hoīes cognoſcat/amet/& laudet.
¶Amor:quāta eſt creatio! Amice tāta eſt q̄ta actio quā amatꝰ 16
habet ī creatura & paſſio quā creatura habet quādo de nihilo
ab amato eſt creata.¶Amor:qd eſt creatio! Amice:creatio eſt
bona & magna actio quā amatus habet ī creatura. & eſt bona 17
& magna paſſio quā habet creatura p amatū. ¶Amor:quādo
fuit creatio! Amice dicit amor,tūc fuit: quādo deus creauit 18
tēpus,in quo principiata fuit creatio. ¶Amor:quare nō fuit
ante creatio! Amice dicit amor.ſicut locus abſolute ante locū 19
eſſe nō pōt:ſic et tēpus nō pōt eſſe ante ſuū ante. ¶Amor:vbi 20
fuit creatio! Amice.creatio fuit ī ſeipſa vt totū qđ eſt in ſuis p
tibus,& tēpus qđ creatū fuit ī loco & locus in tpe. & tēpus &
locus ī principio & principiū ī tpe & loco. & bonitas mūdi in
mūdi magnitudine,& magnitudo mūdi ī eius bonitate.& eo
modo ī reliqs mūdi ptibus:quarū q̄dā creatę fuerūt in aliis.&
totus mūdus ī ſuis primis partibus. & eius ptes primę:in eo.
¶Amor,quo mō creauit deus mūdū! Amice dixit amor:ama 21
tus creauit mūdū p modū creādi vnā partē in alia.vt homo q
habet modū miſcēdi vinū & aquā : quādo vinū ī aquā ponit.
¶Amor,quo amatus creauit mūdū! Semetipſo(dixit amor) 22
in ſuis dignitatibꝰ.quoniā eo eē qđ habet:dedit eſſe illi,& ſua
bonitate:creauit ipm bonū.magnitudine,magnū.ęternitate,
durabilē.poteſtate,potētē.volūtate creatū eē voluit. ſapētia:
ipm creatū ītellexit.& ī aliis ſilīter.¶Cterū amicus voluit face 23
re q̄ſtiones amori ,& q̄rere de opatione amati quā habet ī mū
do:qñ rē vnā p aliā facit.¶Amor(dixit amicus)habet amatꝰ 24
opationē ī mūdo! Amice ſi amatꝰopationē ī mūdo nō haberet
mūdus ſe ſuſtinere non poſſet,ſed ad nihilū rediret. nā vt per
operationē amati,mūdus factus eſt: ita per eius operationem

24 ſuſtẽtatus eſt in eſſe. ¶Amor, quæ eſt operatio quã amatus ha
bet in mũdo? Eſt actio (dixit amor) qua vnã rẽ ex alia facit. nã
vt faber facit clauũ ex ferro: ſic facit deus naturaliter, vt vnus
homo generet aliũ. & vna arbor/aliã. & dat, vt faber artificiali
ter faciat clauũ ex ferro. ¶Amor, illa opatio quã amatus ha-
bet in mũdo, cuius eſt? Dixit amor, eſt illius opationis quã ha
bet intra ſeipſum. nã eiꝰ bonitas, bonificat ſuo bonificare bo-
nas operationes quas faciũt homines & aliæ creaturæ. & eiꝰ
26 magnitudo ac eius magnificare: ipſas magnificat. ¶Amor:
quare amatus habet operationẽ ĩ mũdo (Amice dixit amor)
vt partes mũdi poſſint naturaliter operari & artificialiter. nã
a poteſtate amati/habent poteſtatẽ ad operandũ. & a ſapientia
amati: inſtinctũ habent naturalẽ ad operãdũ. & a veritate ve-
ritatem habẽt. & a bonitate: bonitatẽ, ac a cæteris ſimiliter. &
ideo ordo quẽ amatus habet in ſeipſo: ordinauit creaturas ad
27 operandũ. ¶Quot modos habet amatus ad operãdũ in mũdo?
Amice dicit amor, amatus duos habet modos ĩ mũdo operã-
di. vnus eſt ſecũdũ curſum naturalẽ: alter miraculũ, & ſuper
curſum naturæ. Prior eſt: quum amatus ſole & igne calefa-
cit qui naturaliter calefacit. & amatus hominẽ naturaliter ge
nerare facit aliũ hominẽ. Secũdus aũt modus eſt: quũ amatus
confractos ſanat, & homines a mortuis reſuſcitat & ſimilia
28 multa. ¶Amor, qualis eſt operatio quã deus habet in igne q
ligna cõburit & in hoĩe cõtracto quẽ ſanat? Amice dicit amor
operatio quã deus habet in igne q ligna cõburit: eſt in duobꝰ
modis. vnus eſt vt ptãs dei q ſine medio mouet, moueat po-
teſtatẽ ignis ſic ꝙ ligna cõburat. Et hęc operatio nõ eſt natura
lis. eſt enĩ p mediũ. Alter eſt modus operationis quẽ amatus
habet ſupra naturã: vt cũ ſanat cõtractos. nã qñ volũtate vult
ſanatos eſſe & ſaluatos, ſanati ſunt poſtq̃ ſua volũtas vult vt
29 ſanẽtur. ¶Amor, quãdo habet amatus opationẽ in homine?
Amice, amat ſemp in hoĩe iuſto ſine medio, & cũ medio. Cum
medio inquãtũ facit eſſe vnũ bonũ p aliud: ſine medio prout
per ſe mouet ipm ad faciendũ bonũ. Sed quãdo homo peccatũ

facit: tūc deus in ipſo non habet operationē ſine medio ſed p̄
mediū. Non habet operationē ſine medio, nā ipſum nō mouet
ad faciendū malū cū deus ſit bonus. & per operationē/ ipſum
mouere non poteſt ad malū, ſed mouet ipſum p mediū ad na-
turalem operationem prout ipſum viuere facit ſua vita. & po
teſtate ſua dat illi poteſtatē vt ſit/loquatur/viuat/velit & cæ
tera talia. ¶ Amor: vbi ſtat operatio quam amatus habet in 30
homine? Amice (dixit amor) operatio quā habet amatus in
homine/ eſt ī homine & eius partibus/ & eſt in amato & eius
dignitatibus, vt operatio quā faber habet in clauo q eſt in ma
nu & in imaginatione/voluntate & intellectu fabri, & non in
motu manus/mallei aut claui. ¶ Amor: quomodo operatur 31
amatus in homine? Amice: amatus in hoīe operatur duobus
modis: de quibus ſuperius dictū eſt. vn⁹ modus naturalis eſt.
vt amatus q ipſum videre facit ſuis oculis/& audire ſuis au-
ribus. & alia huiuſmodi. Alter modus eſt artificialis: vt ama
tus q ipm videre facit/audire/ intelligere: ſua diuina poteſta-
te, virtute, ſapientia, voluntate, & alijs diuinis dignitatibus.
¶ Amor: quo amatus hoīes in die iudicii reſuſcitabit? Amice 32
(dixit amor) reſuſcitabit hoīes ſuis dignitatib⁹ ſine alio cur
ſu medio naturali. nam ſapientia ſua ſciet oēs partes cuiuſli-
bet hoīs & ſciet loca vbi ſunt. & ſua poteſtate ipſas ſimul ag
gregabit. & ſua volūtate volet, vt corpus faciant cui⁹ erātdū
viuebat ī hoc mūdo. & volet vt anima q̄ erat cū illo corpore ī
mūdo: ſit cū illo & in altero mūdo. & bonitas hoc bonificabit/
& magnitudo diuina magnificabit & huiuſmodi talia. Iterū
amicus facere voluit q̄ſtiones amori & ab ipſo petere de opa-
tione amati q̄ eſt fruct⁹ amoris. ¶ Amor, an opatio tui amati: 33
eſt fructus amoris? Amice (dixit amor) vt eſſentia amati eſt
fructus eſſentię amoris: ita opatio amati, eſt fruct⁹ opationis
amoris. & hoc vult bonitas, magnitudo opatiōis amati: q̄ eſt
tā bona & ita magna in opatione quā habet ī creaturis, vt in
eſſentia cuiuſlibet creaturę ē bona & magna p eſſentiā amati
¶ Amor: quis eſt fructus amoris? Amice fruct⁹ amoris, eſt illa 34

perfectio quã amor deſiderauit,& de ipſa eſt plena & ſatiata,
35 quãdo ipſã habere poteſt. ¶Amor: de quo eſt fructus amoris?
Amice dixit amor:fructus amoris eſt de operatione amoris q
aliqd amari & deſiderari facit:& quãdo illđ habet & cõſequi-
36 tur de operatione quã habet,amãs amat per amorẽ. ¶Amor:
quare eſt fructus amoris? Amice:fructus amoris eſt vt amãs
amare & amatus hoc qđ affectãt aſſequãtur. quoniã ſi fruct⁹
amoris nõ eſſet:ſemp deſiderarẽt, & laborẽ haberẽt in ſuo de-
37 ſiderio. ¶Amor quot ſunt fruct⁹ amoris? Amice fructus amo
ris ſunt duo. vnus eſt ille q eſt de ſummo amato/quẽ habet in
ſe. Alter eſt fructus amoris: quẽ boni angeli & boni homines
38 habent in ſummo amato. ¶Amor qualis eſt fructus amoris?
Amice fructus amoris eſt dulcis p bonitatẽ,magnitudinẽ,du
rationẽ,poteſtatẽ,ſapiẽtiã,volũtatẽ,virtutẽ, veritatẽ & glo-
riã.& bon⁹ eſt p bonitatẽ,magn⁹ p magnitudinẽ,& ſic de aliis
39 ¶Amor in quo tpe colligit̃ fructus amoris? Amice fruct⁹ amo
ris colligit̃ in illo tpe ĩ quo amatus p ſuũ amicũ eſt amatus cũ
bonitate,magnitudine,duratiõe,ptãte,ſapiẽtia volũtate,vir
40 tute & veritate. ¶Amor vbi eſt fructus amoris? Amice fruct⁹
amoris eſt in amare amici & amati & ĩ bonitate amici & ama
41 ti,& ĩ magnitudine amici & amati & ſic de aliis. ¶Amor quo
mõ colligit̃ fruct⁹ amoris? Amice fruct⁹ amoris (dixit amor)
colligit̃ p bonificare,magnificare,durãdi,recolẽdi,intelligẽdi
42 & amãdi amatũ. ¶Amor,quo colligit̃ fructus amoris? Amice
colligit̃ fruct⁹ amoris bonis opationibus videlicet bono recole
re,ĩtelligere & amare & patiẽtia & labore inſtituẽdo ſcȝ labo-
res p amorẽ.

De fructu beatitudinis amoris. Rub. xciiii.

1 AMor (dixit amicus) eſt alia beatitudo q̄ beatitudo
huius mũdi? Amice dixit amor. amatus eſt recolibi-
lis,intelligibilis,amabilis, laudabilis, honorabilis &
gratificabilis magnitudine bonitatis, durationis, poteſta-
tis,ſapientiæ,voluntatis,virtutis & veritatis. Et in hac vita
viuũt homines parum temporis: in quo plura ſuſtinent impe
dimenta ad recolendum,intelligendum,amandum, laudã-

dum,honorandum,& regratiãdum vt decet amatũ. Et ideo
amatus qui ſũme bonus eſt,magnus,& ſapiens,vult aliã fore
vitam perpetuam,vt perpetuo multũ recolatur,intelligatur,
ameť,laudeť, honoreť, & ſibi regratietur.et hoc facit amat⁹
vt ſuæ maxime ſatiſfiat mẽorabilitati,ĩtelligibilitati amabili
tati,laudabilitati,et regratiabilitati,q̃ ſatiſfactio nõ fieret ni-
ſi eſſet alia vita & alia beatitudo q̃ iſta ĩ qua ſum⁹.& amat⁹ eſ
ſet iniuri⁹ ſibiipſi/& ſuæ memorabilitati & aliis de quibus ſu
pradictum eſt.Et adhuc pluribus hominibus iuſtis qui ei in
hac vita ſeruierunt. Et qa amat⁹ iniuri⁹ eſſe non poteſt cum
totus ſit bonus et magnus:oportet ꝙ ſit alia vita et alia beati
tudo in qua colligitur perfectio fructus amoris. ❡Amor / qd 2
eſt beatitudo? Amice beatitudo eſt eſſe cum deo ĩ paradiſo et
ipſum et ſuam operationem quã habet ĩtra ſe videre & ſupra
cuncta amare.et ꝙ inter amatum,viſionem et amorem amici
non ſit aliquid medium. ❡Amor, de quo eſt beatitudo? 3
Amice (dixit amor) beatitudo eſt de q̃tuor ſcilicet de ange-
lis,animabus/corporib⁹ glorificatis ſanctorum hominum/et
de influentia gloriæ quam diſpenſat amatus glorificando ſan
ctos paradiſi,oſtendẽdo eis ſua ieffabilia ſecreta. ❡Amor qua 4
re ẽ beatitudo? Amice (dixit amor) beatitudo eſt ꝓpter duo.
Vnum eſt quia eſt de viſione et amare quam habent ſancti in
deo,alterũ eſt ratione finis:propter quem ſancti creati ſunt et
ſaluati videlicet propter recolere/intelligere/laudare / amare
honorare & benedicere amatum.Et eſt vt amatus ſatiſfaciat
illis qui in hac vita ipſum honorauerũt & ſeruierũt. ❡Amor 5
q̃ta eſt beatitudo? Amice (dixit amor) tanta eſt beatitudo q̃-
tam amatus dare voluerit. & tãta eſt quantũ capax fuerit aĩa
ſanctorum recolendo, intelligendo / et amando amatum.
et inſuper erit tanta quanta corporibus eorum glorificatis
opus fuerit & quantum eius capacia fuerint. ❡Amor qua- 6
lis eſt beatitudo? amice (dixit amor) beatitudo eſt actiua qua
litas beneplaciti/delectationis / & gaudii quã amat⁹ elargieť
beatis/vt in ipſo ſint glorificati.Et eſt paſſiua qualitas bene-

7 placiti & delectationis quã beati ſuſtinent exiſtentes in gloria
et in quiete cum omni perfectiõe.❡Amor an beatitudo in pa
radiſo erit in ſucceſſiõe temporis? Amice/ſucceſſio temporis
non poteſt eſſe ſine principio et fine. Sicut ſol qui ſucceſſionẽ
temporis facit: quatenus diem incipit in aurora et noctem in
occaſu. ſed ſi ſol ſe moueret æternaliter hoc eſt ſine fine ita ꝙ
nullo tpe eſſet ad occidens: non poſſet in die eſſe ſucceſſio tpis
ſed ſemper eſſet dies. ſimili modo in paradiſo, beatitudo eſt in
æuo ſine ſucceſſione: quia habet principium ſed non habet fi
nem/alioqui æqua duratione eſſent ſancti in paradiſo: vt de9
8 in ſua æternitate. propter quam in paradiſo ſucceſſio tempo-
ris eẽ nõ põt.❡Amor/vbi eſt beatitudo? Amice (dixit amor)
beatitudo eſt in cœlo empyreo ſecundum locum/et eſt in ſan
ctis ſecundum operationes quas habent in hoc ꝙ glorifica-
ti ſunt in eſſentia dei. quoniam in intelligibilitate dei: erunt
glorificatę omnes intellectiuitates ſanctorum hominum. Et
in amabilitate dei: erũt glorificatę omẽs amatiuitates ſctõrũ
hominum. Et intelligibilitas et amabilitas dei erit æqualiter
de eſſentia dei et operatione quam habet in ſeipſo per ſuã bo-
9 nificationem, magnificationem/æternificationẽ/et ſic de aliis
❡Amor quomodo ſancti habẽt gloriam in amato? Amice (di-
xit amor) ſancti gloriam habent in amato: quando ipſe reue-
lat et oſtendit ſuam eſſentiam et naturam atꝙ operationem
intellectibus/voluntatibus, et memoriis ſanctorum hominũ
10 vt accipiãt ab ipſo glorificationem per intelligere/recolere/
et amare.❡Amor per quid habent ſancti gloriam in amato?
Amice (dixit amor) ſancti habent gloriam in amato per bo-
nũ/magnũ/æuiternũ/potẽs/ſapiẽs/amoroſũ/ſtudioſũ et verũ
recolere itelligẽ et amare. Et ſic de bono magno: recolere ĩtel
ligere et amare quæ quilibet ſanctus habet ad quemlibet aliũ
et ad ſuas opationes bonas quas faciũt p amare. et idem de ſen
tire corporũ ſanctorum: qui gloriam habebũt per ſentire; quo
libet ſancto vidente alium et audiente cãtus et melodias quæ
erũt i padiſo ad laudandũ et honorãdũ amatũ. Redire voluit

amicus ad faciendas quæſtiones amoris / quærēs de fructū
beatitudinis a quo ſcire voluit voluntatem ſecundum de-
cem modos quæſtionum,& quæſiuit ab amore. ℭAn bea- 11
titudo ſiue paradiſus eſt fructus amoris,amice (dixit amor)
ſi paradiſus non eſſet fructus amoris / paradiſus non eſſet
in vltimo fine amoris,& iſta vita in qua ſumus in hoc mun-
do in quo amatores/plures habēt tribulationes propter ama
tum:eſſet fructus amoris/quod eſt impoſſibile.quoniam finis
qui eſt quies:non poteſt eſſe in loco in quo eſt tribulatio dolo
rum & triſtitia.ℭAmor/quid eſt fructus amoris? Amice dixit 12
amor/fructus amoris eſt paradiſus.& propter hoc eſt fructus
amoris:nam extra paradiſum: non eſt aliquid ſine labore:ſed
in paradiſo non eſt aliquis labor , & amicus tantum habet ab
amato q̄tū habere vult.ſatiat enī ipſū.ℭAmor/de quo eſt fru 13
ctus amoris in gloria? Amice (dixit amor) fructꝰ amoris eſt
de beneplacito amici & amati poſſeſſo ſine labore in magno
gaudio & hilaritate.ℭAmor q̄re eſt fructꝰ amoris in gloria? 14
Amice (dixit amor)fructꝰ amoris ꝓpter hoc eſt ī gloria,vt
ſit gloria amatorū:nā abſq; fructu amoris amatores gloriā ha
bere nō poſſent.ℭAmor fructus padiſi q̄tus eſt? Amice(dixit 15
amor)fructus paradiſi tam magnus eſt quantum eſt benepla
citū quod ſancti habent in glorificatione per radices amoris:
excepta contrarietate quæ in fructu amoris eſſe non poteſt.
ℭAmor , quales proprietates & naturas habet fructꝰ amoris 16
in gloria? Amice(dixit amor)naturæ & proprietates fructꝰ
amoris in gloria:ſunt ſolatium amātium & amati cum tam
magna dulcedine & hilaritate ſiue omni labore ꝙ maius eſ-
ſe non poteſt ,neq; ſancti maius habere deſiderāt.ℭIn quo tp̄e 17
colligitur fructus amoris in gloria? Amice (dixit amor) fru-
ctus amoris colligitur in gloria in omni tempore, inceſſan-
ter & abſq; impedimento: quoniam ſicut ſol lucere non ceſ-
ſat:ita & multo melius fructus amoris nō ceſſabit in gloria ad
colligendum.ℭAmor,nō colligitur fructus amoris in gloria 18
Amice (dixit amor)ita colligitur fructus amoris in gloria in

amato:ſicut colligitur fructus ſapientiæ in intellectu qui eſt
19 deus. ¶Amor quomodo colligitur fructus amoris in gloria?
Amice (dixit amor) ita colligitur in gloria per modũ amãdi
amatũ:ſicut colligitur fructus ſapientiæ per modum intelli-
20 gendi intellectum qui eſt deus & amatus. ¶Amor per quid
fructus gloriæ & amoris colligit? Amice (dixit amor) fruct⁹
gloriæ & amoris colligitur per amare, videlicet in amando
amatum. Et ad hoc ita iuuat intelligere amici. ſicut amare iu
uat intelligere amici in intelligendo amatum qui eſt intellect⁹
21 ¶Amor vtrũ fructũ amici pri⁹ colligit an amare an itelligere
amici? Amice (dixit amor) in colligẽdo fructũ ĩ gloria:non
eſt tempus in ſucceſſione, quoniam non ſuſtinet æternitas &
ideo fructus in gloria, ſemper colligitur & ſemper eſt ad colli
22 gendum per intelligere & amare amatum. ¶Vtrum colligit
plus de fructu an amare an intelligere? Amice (dixit amor)
amato æqualiter exiſtente intelligibili & amabili æqualiter
23 vult per ſanctos intelligi & amari. ¶Amor quod eſt ſubie-
ctum huius arboris? Amice (dixit amor) ſubiectum huius
arboris eſt amorificatio cum ordine ſuarum radicũ vel amã-
do ſuum amatum.

¶De habituatione arboris amoris. Rubrica. XCI.

HAec arbor philoſophiæ amoris in habitũ tranſire poteſt ſummarie / conſiderando & recolendo naturas quas habet amor ſecundum illa quæ ſupradicta ſunt in radicibus, trunco, branchis/ ramis/ foliis, floribus & fructu. quoniam talem diſcurſum videlicet conſiderando & recolendo naturas & partes arboris: ſummarie poteſt fieri habituatio. ¶Qui hanc arborẽ ſummarie ſciet bene habituare: ſciet habere habitum boni et magni amoris. Et artificialiter ſciet multiplicare bonum amorem: & tentationibus & peccatis reſiſtere cõtra malũ amorẽ. & ſciet facere & ſoluere q̃ſtiões amoris artificialit̃: & de amato ſciet dicere & p̄dicare m̃lta bõa

¶Item qui hanc arborē bene ſciuerit in habitu habere,eo ha-
bitu quē de ipſa habebit:facile & artificioſe poterit ſcire ſcien
tias.quoniā per illam & eādē doctrinā qua artificialiter dedu
cimus ad multiplicādū amorē & amare:poterit homo habere
modū & doctrinā ad multiplicandā ſcientiā in cognoſcendo
amatū & ſecreta ipſius & creaturarū:cū ita ſit ꝙ amor & in-
tellectus ſimul deſcēdētes per radices huius arboris & per ali
as partes ipſius/ſeinuicem iuuant ad multiplicandū ſcientiā
& amorē.Et ideo per hanc arborē, magnā vtilitatem habere
poſſunt amatores philoſophiæ amoris & ſcientiæ.

De fine arboris philoſophiæ amoris.
Rub.XCVI.

CVm Raimundus arborē philoſophiæ amoris fini-
uiſſet:ipſam tradidit dominę amoris.Et ipſa & Rai-
mundus,ipſam arborē Pariſios attulerūt ad eā oſtē
dendā venerabilibus doctorib9 & magiſtris & eoꝝ diſcipulis:
quos rogauerūt vt arborē viderēt & tenerēt/& ꝑ ipſam fructū
facerēt amatoribus boni & veri amoris.Et Raimūdus antedi
ctis doctoribus & magiſtris humiliter ſupplicauit: vt ſi in ali
quo errauerit ī hac arb ore,illud ad ſuū placitū & ſecūdū ſuā
diſcretionē corrigerēt. ¶Finiuit Raimūd9 hāc arborē iuxta
ciuitatē Pariſienſem Anno incarnationis dn̄i noſtri IHESV
CHRISTI.M.CC.XCVIII. menſe octobri. qui ſuū amatum
q̄tū potuit orauit:vt ipſam cuſtodiret/vt ipſa mediāte a plu
ribus bonis amatoribus ametur & honoretur/qui ſint fortes
pugiles cōtra falſum amorē,qui eſt contra amorē dei. Et dn̄a
amoris dixit Raimūdo,vt pręſentaret philoſophiā amoris in
latino:nobiliſſimo ac optimo domino Francorū Regi,& ver-
nacule ac gallice: nobiliſſimę & ſapiētiſſimę & optimę reginę
Franciæ:vt ipſam multiplicent,multiplicariq; faciant in ſuo
regno. Ad honorem glorioſiſſimæ dominæ noſtræ virginis
MARIAE:quæ eſt ſuprema domina amoris.

DEO GRA TI AS.

Additiuncula Aſcenſiana nę charta vacet.

IN hac arbore philoſophiæ amoris qua docemur deū quatenus in hac mortalium regione datur: ex toto corde & tota anima diligere: vſq; ad mortem ipſam/ quia fortis eſt vt mors dilectio: multa ſunt per allegoriam accipienda. vt

Amatus	qui deus eſt.
Amicus	homo diligens deum̄.
Amor	charitas ipſa.

Amare. bonificare/ & cæteræ charitatis operationes: domicelli amoris.

Domina amoris	quælibet eius radix.
Aquila amoris	Altus amor: ſic eñ reponendū Rub. I. vbi ſcriptū eſt ītelligēdo aliū amorē. pro altū amorem.

Partes principales huius arboris ſunt ſeptem.
- Radices.
- Truncus.
- Branchæ.
- Rami.
- Folia.
- Flores.
- Fructus.

Fructus autē ſummę expetitus eſt beatitudo æterna: ad quā inueniendam ſubtili nos Ræmundus ducit indagine per ſemitas charitatis non omnibus primo aſpectu perſpicuas: ſed iis dūtaxat/qui iſtiuſmodi philoſophię ſacris initiati ſunt. Se tamen vel multum rudis/dūmō pertinax fuerit lector & totum opus terq; quaterq; reuoluerit/ ſciat multum profeciſſe vbi huiuſmodi philoſophia ipſi placere ac ad guſtum facere cœperit. Potuit fortaſſe faciliori & breuiori via: hanc arborē in mentibus piorum plantaſſe: ſed vt opinor minus vtili. Nā & ſalutaris eſt iſtiuſmodi exercitatio: & iucundiora ac gratiora nobis ſunt quæ labore noſtro peperimus: & tenacius hærent, quæ difficilius acquiruntur: & hac artis via ad alias

multas munit aditum. Quocirca videtur mihi poeta lauda-
bili figmento ceciniſſe de Ioue Georg. i. Pater ipſe colēdi
Haud facilē eſſe viā voluit: primuſq; partem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda.
Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno eſt.
Quo figmento mala noſtra ad noſtram vtilitatem cōuertiſſe prædicatur Iuppiter: Cui non abſimili ſtudio/amandi dei ſapientiam/qua nulla neq; maior/neq; durabilior / neq; vtilior aut iucundior eſt, diuinus Eremicola per multa diuerticula & vias q̄ pauciſſimis acceſſas demōſtrat: quo calle iam plurimum progreſſus eſt illuſtriſſimus & cū primis Reuerendus antiſtes Cæſarauguſtæ & Valentiæ magnæ Alphonſus ab Aragonia: qui vt finis principio reſpōdeat patietur mortales ad ſui imitationem hoc pentaſticho exhortari.

Hac iter elyſios proceres, hęc ducit in aſtra
Semita: in hac ſola eſt ille aureus arbore ramus
Quo ſine fruſtra aditum/diuum ad penetralia quæras.
Hanc ſecū quocūq; ierit fert inclytus ille
Alphonſus præſul: cunctoſq; hortatur ad illum.

τέλος

In chalcographia Aſcenſiana: impenſis eius &
Ioannis Parui. Ad Idus decembris. MDXVI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE